HINRICUS RANZOVI9

D D

ANNO DN 1590

ÆTATIS 65

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

19 - 147, 4° ex 3 DA Box (LN Bis 200) BD II 82



1. Ranzovij astrologiæ scientiæ certitudinis exempla. Coloniæ 1585.

2. ejusdem Genealogia 1585

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs eks.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Dem Wolgebornen herrn, herrn Wolff Ernsten
Graffen zu Stolbergk, Königstein, Rutschefort
und Wernigeroda, herrn zu Epstein, Müntzenbergk
Egmondt und Breubergk Kurfürstlichen Meinn=
zischen Statthalter, hatt der Kun: Maytt:
zu Dennemarken Stathalter Heinrich Rantzau
zu bezeigung seines underthenigen willens
und zur gedechtnus der warheit, seines alters im
65 Jahr.

Heinrich Rantzow

HENRICI RANZOVII,

CLARISSIMAE ET PERVETVSTAE NOBILITATIS VIRI, EXEMPLA, QVIBVS ASTROLOGICAE SCIENTIAE CERTITVDO,

doctiſſimorum cùm veterum, tum recentiorum auctoritate aſtruitur: Imperatorum etiam, Regum, Principum, Illuſtriumq́; virorum, qui artem Aſtrologicam amarunt, ornarunt, atq; excoluerunt, teſtimonijs comprobatur.

ITEM,

DE ANNIS CLIMACTERICIS, ET Periodis imperiorum, tractatus, cum plurimis alijs, artem Aſtrologicam illuſtrantibus quæ in ſubiecto Epiſtolæ ad lectorem Indice adnotata offendes.

Opus certè propter inſignium variarumq́; hiſtoriarum enumerationem, tam lectu iucundum, quàm ſcitu neceſſarium.

Tertia æditio, prioribus multo locupletior & ornatior.

COLONIAE,
Apud Maternum Cholinum.
Anno M. D. LXXXV.

Cum Gratia & priuilegio Cæſ. Maieſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Kay Høegs Samling
1970

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ORIGENES.

Quemadmodum poteſtas humana minimè tollitur, quamuis Deus quæcunque facturi ſumus, præuideat: Sic etiam ſigna, quæ ad ſignificãdum ordinata ſunt diuinitus, libertati noſtræ nequaquam officiunt, ſed eſt vniuerſum cœlum quaſi liber quidam apertus omnia futura in ſe ſcripta continens.

Vt etiam ille.

Sidera ſunt ſcriptura Dei, & mandata tonantis.

Item Pſalmo 18.

Cœli enarrant gloriam DEI, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Item:

Si quis es, aut cœco volui mortalia caſu,
Aut mundum ex atomis qui coiſſe putes.
Aſpice quæ rerum ſeries? aut corpora certa
Conficiunt curſus, lege ſuperna ſuos.
E ſpecie ſpecies eadem generatur eadem,
Annus habet ſtabiles noxq́, diesq́, vices.
Hoc quoq́, notitijs è naturalibus hauſtum,
Adde, tuos quoties excutis ipſe ſinus.
Eſſe creatorem, cui ſint mortalia curæ,
Quiq́, ſuum nunquam deſerat auctor opus.
In quo ceu prima requieſcunt omnia cauſa,
Vnde velut riuos cauſa ſecunda trahat.
A quo principium noſtri manauerit ortus,
Vnde modus, numerus, tempus & ordo fluant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

THEODORETVS EPISCOPVS CYRI.

DEVS gubernat hanc rerum vniuerſitatem conditor, nec vt faber diſcedit à naui extructa, relinquens eam nautis gubernandam. Sed idem eſt fabricator nauis, & materiæ plantator, & gubernator clauum tenens. Cuius rei teſtis eſt tot annorum cõuerſio, & temporis diuturnitas, nihil omninò detrimenti huic naui adferens: ſed eam ſaluam atq; integram non modò primis hominibus, ſed etiam vniuerſæ poſteritati oſtendens.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

HENRICVS RAN-
ZOVIVS LECTORI S.

COLLEGIMVS, lector, ſyluulam quandam exemplorum, quę oſtendunt, aſtrorum ſcientiam, à ſummis ingenijs, tam in Eccleſia, quàm extra hanc, ſemper fuiſſe expetitam: atq; in hac pleroſq; ita verſatos eſſe, non vt fallacibus ſomnijs (quemadmodum nonnulli artem calumniantes ſcribere non erubuerunt) ſe & alios deciperent: ſed vera, & niſi à prima cauſa ſecundæ inhibeantur, certò euentura prædicendo, æterni ſibi nominis famam ab arte compararent. Hiſce exemplis, quæ excitandis bonis ingenijs ad amandam, maioreq; quàm antehac ſtudio cognoſcendam doctrinam Aſtrologicam ſufficere videbantur, adiecimus tractatum breuem quidem: ſed in primis vtilem & ſcitu neceſſarium, de annis Climactericis, in quibus inſignes maximè in hominis vita & valetudine mutationes accidêre, experientia quotidiana teſtatur: atq; eundem compluribus exemplis, tam ex ſacris quàm prophanis ſcriptoribus illuſtrauimus. Vt homines liberaliter doctos ad conſiderationem harum rerum, quæ ad regendam valetudinem plurimum faciunt, inuitaremus.

Eſtque digna ſanè homine non ſordidè educato diligentia, ita in harum rerum ſtudio verſari; vt & pietas erga DEVM in animo accendatur, & diligentia in regendis moribus, ac tuenda valetudine acuatur. Etſi autem tota doctrina de aſtrorum viribus in hæc inferiora corpora amplior eſt, quàm vt capi ab humani ingenij anguſtia poſſit: (idq; vel Dei ipſius teſtimonio, qui Iobum alloquens ait cap. 38. Nunquid noſti ſtatuta cœli? Nunquid Dominum eius pones in terra? Quod dictum non tantum ad ſphærarum & ſingulo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rum ſiderum aut ſtellarum motum pertinet. Verumetiam
ad earundem influentiam, quam vocant, ſpectat, & poteſta-
tem quam Deus illis attribuit, nobis demonſtrat. Atque
huc reſpiciens Euſebius libro præparationis Euangelicæ 6.
rectè ait: πολλῷ μεῖζον ἢ κατὰ ἄνθρωπον τὸ δύνασθαι κατὰ ἀλήθειαν ἐκ-
λαμβάνειν ἀπὸ τῆς κινήσεως τῶν ἀστέρων τὰ περὶ ἑκάστου τῶν ὅτι ποτε οὖν ἐνερ-
γούντων ἢ πασχόντων. Tamen ars ipſa vel propter amplitudi-
nem vel difficultatem negligenda prorſus, aut in odium vo
canda non eſt. Nam dum ſtatuta ſeu decreta, atq; inde pote-
ſtatem ſeu profecturam ſtellis tribuit vox diuina, quid ali-
ud quæſo innuere videtur, quàm quod paulò antè in eodē
cap. de Vergilijs & Orione dixerat Deus in hęc inferiora cor
pora lumina cœleſtia agere quàm efficaciſſimè, & mutatio-
nes non tantùm in cæteris animantibus, ſed etiam in homi
num corporibus efficere ſtupendas. Eas verò omnes adeò
varias & crebras eſſe, vt captum humani ingenij ſuperent,
nec explicari vlla oratione à nobis poſſint.

Plenam igitur & perfectiorem huius artis cognitionem
propter rerum amplitudinem, humani ingenij imbecilli-
tas aſſequi nequit. Neq; tamen quod diximus, ars ipſa pro-
pterea à nobis abijcienda aut damnanda eſt: quemadmodū
& cæteræ diſciplinæ, quibus perdiſcendis humanæ vitæ fu-
gacitas, aut ingenij fragilitas non ſufficit, hoc nomine à no-
bis faſtidiuntur. Non explicat ars medica exactiſsimè om-
nium morborum cauſas & remedia: Et vt Hippocrates ſcri-
bit: ars ipſa eſt longa, vita verò breuis, & experimentum fal
lax: Sæpe etiam medici, qui artis præcepta rectè tenent, cum
eſt periculum faciendum, aut morbo monſtrato, remediū
adhibendum, non rectè iudicant, nec conuenientia phar-
maca preſcribunt, errore videlicet iudicij in accommodan
dis artis præceptis, ad morbum ægrotantis decepti. An pro-
pterea medicam artem dixerit quiſpiam ab hominum vſu
remouendam, nec vlla ab arte morborum remedia eſſe pe-
tenda? haud opinor.

Quamuis enim tenuia admodum artis ſint initia, quæ
non-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nonnulli magno cum fructu & multorum ſalute profitentur: Et nequaquam ad illam perfectionem, quæ ad conſtituendam integram artem pertinere videtur, accedunt: Nõnunquam etiam error in iudicando à maximè prouidis & exercitatis hominibus committitur: tamen ſi quis hæc ipſa quæ recte à medicis præſcribuntur, præcepta aſpernari, aut faſtidiosè reijcere velit, non ſui tantum ipſius, ſed publicæ hominum ſalutis hoſtis à ſanæ mentis hominibus iudicabitur. In vtraq; Eccleſiæ doctrina tam legis quàm Euangelij, quàm multa ſunt arcana, & myſterijs inuoluta, quæ captum humani ingenij, dum vitam in terris agimus, effugiũt? Neque enim fruſtra à Paulo dictum eſt, Iſraelitas in faciem Moyſis detectam intueri, propter fulgorem non potuiſſe: atq; idem nunc cernere nos per ſpeculum in ænigmate, atq; ex parte cognoſcere affirmat, eo quod initia quædam obſcura admodum ac tenuia ſapientiæ cœleſtis ex verbo patefacto, ductore & monſtratore Spiritu ſancto haurimus. Nũquid propterea doctrinã hanc perpetuo ſilentio obruendã, aut ab hominum vita exterminandam dicemus? abſit? Nam ſi quis non dixerit ſecundum verbum hoc (ait alicubi Propheta) non erit ei lux matutina. Doctrinæ verò Aſtrologicæ etiamſi non eadem eſt, quæ verbi diuini neceſſitas: eadẽ tamen eſt, quæ nobis ſtudium huius commẽdet, ratio. Nam cùm DEVS ad Iobum ait, non totam in hac vita comprehendi poſſe, artis quidem amplitudinem commendat, atq; è regione humanæ naturæ infirmitatem ac fugacitatẽ hoc argumento nobis ob oculos ponit: Interea tamen, cum ait, non ocioſa eſſe hęc corpora cœleſtia: ſed quæ certum ac aliundè conceſſum dominium potenter exerceant, ac quotidiè variatis configurationibus ſui imperij decreta publicè ſpectãda, & quaſi legenda omnibus proponant, ſimul vult nos in huius opificij ſui cõſideratione nõ oſcitanter, ſed cũ quadã attentione verſari: Eamq; ob cauſam, vt eſt in Ouidij verſu:

Os homini ſublime dedit, cœlumq; tueri
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Ita

Ita enim conditus eſt homo, non tantū vt pulcherrima hæc corpora aſpiciens, voluptatē momentaneā &fugacem ex lucis vſura caperet, ſed vt ſapientiam & potentiā, φιλανθρω-πίαν Dei in his operibus inueſtigaret, atq; eandem deprehenſam perpetua animi gratitudine celebraret: Vt non ineptè Plato dixerit: Aſtronomiæ cauſa oculos hominibus datos eſſe. Nam ab aſtrorum contemplatione & ſcientia homines ad agnitionem Dei ducuntur facilius: atq; vt in pietatis cultu felicius proficiant, certiſſimis hiſce prouidentiæ teſtimonijs conuicti ſubinde ſe exuſcitant. Faciebat id Dauid cum diceret: Quoties aſpicio cœlum opus digitorum tuorum, Lunam & ſtellas quas tu firmaſti, atq; ita concinnè in ſuis domicilijs depoſuiſti: toties ſubit animum meum hæc cogitatio: Quid eſt homo, quod memor es eius? & filius hominis, quod curam eius agis? aut cum Pſal. 19. Solem & cæteras ſtellas, perpetuos & canoros prouidentiæ diuinæ præcones faceret. Et Iobus perpetuus eſt in celebranda Dei potentia, quæ nullibi magis quàm in aſtris, atq; horū efficacia conſpicitur. Horum igitur exempla imitemur: nec obliuione aut ingratitudine deteſtanda hæc inſignia prouidentiæ erga nos diuinæ teſtimonia ſepeliamus. Atq; hæc prima & præcipua cauſa eſt, quæ nos inuitare ad hoc ſtudium debet. Sunt verò & aliæ non contemnendæ huius doctrinæ vtilitates, ex quibus paucas hic ſubijcio. Nam dum ſtellarum vires aliquanto propius intuemur, & quid ex vario earundē concurſu aut configuratione portendatur, paulò attentius conſideramus, fieri aliter non poteſt, quin ſtudium & cura inuocationis Dei in nobis creſcat. Nam ſi quid læti ab his oſtēdi animaduertimus, id pijs votis ac ſpe ita proſequimur, vt à Deo moderatore omnium rerum confirmari, & felices tam conſilijs quàm actionibus noſtris tribui ſucceſſus petamus. E contra verò ſi periculum aliquod, aut valetudinis incōmodum ab aſtris impendere videamus, id primo quoque tempore pia & ardenti precatione auertere ſtudeamus. Nam vt fata mouere Deus, ita tollere fata poteſt. Neq; enim

his

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

his aſtrorum ſignificationibus, aut alijs cauſis externis ita alligatum eſt numen cœleſte, vt aliter agere, quàm illæ mouent, non poſſit. (Quemadmodum Stoici indiſſolubili nexu primam cauſam cum ſecundis falsò coniungunt. Et Homerus ad hanc cauſarum ſeriem, reſpiciens, auream cathenam, à qua omnes dij pariter & deæ pendeant, è cœlo in terram demiſſam eſſe fingit,) ſed liberrimè vt curſum ita & vires ſtellarum moderatur, nuncq; pœnas pariter vt verbo, ita & aſtris denunciatas, ad thronũ gratiæ cõfugientibus paterna bonitate mitigat, aut etiã, ſi ita expediat tollit prſus: nunc eaſdem impœnitentibus exaſperat. Id quod Niniuitarum, exemplum & omnium ſanctorum hiſtoriæ oſtendũt: Et nos in veris pœnitẽtiæ exercitijs experimur. Adeò igitur non tollitur piæ inuocationis vſus, ſi aſtrorum efficaciæ aliquid tribuatur (quemadmodum homines prophani atque ignari huius artis calumniantur) vt contrà potius ad pœnitentiæ & inuocationis exercitia hinc quàm maximè excitemur, & Aſtrologiæ ſtudium pietatis adminiculum ſit egregium : ſed omiſſis his, quæ ad pietatem ſpectant, etiam cætera quæ ad hanc vitam ciuilem rectè inſtituendam pertinent, conſideremus. In quo primum illa conſilia, quæ de vitæ genere deligendo inſtituuntur, occurrũt. Nam vt Herculem fingit Prodicus, cùm ad annos pubertatis perueniſſet, quaſi in biuio conſtitutum, & de certo vitæ genere deliberantem, obuias habuiſſe virtutem & voluptatem : quarum vtraque adductas in medium argumentis ad perſuadendum idoneis, in ſua caſtra pertrahere iuuenem rerum omnium adhuc imperitum eſt conata : ita dum ſingulis hominibus cogitationes illæ, de certo vitæ genere deligendo in animis oboriuntur, maximum in hac deliberatione vſum habet aſtrorum doctrina. Nam ſi verum eſt, quod dici ſolet;

Tu nihil inuita dices facies ve Minerua:

Et ex aſtris cum de temperamento cuiuſq;, tum vero etiam de moribus, qui huic, vt Galenus eruditè demonſtrat, maxima ex parte reſpondent, iudicari quàm rectiſſimè po-

(?) (?) teſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

teſt, quis non videt, hanc diligentiam ab homine rationis non experte requiri? vt collato cum ijs quas in ſe deprehendit, naturæ inclinationibus aſtrorum poſitu, quo maximè ſtudio delectetur aut trahatur, cogitet & inquirat aliquãtò diligentius, atq; inde in deligendo vitæ genere honeſto & ſuo ingenio accommodato, ea perſequatur media, quæ ad inſtitutum illud tenendum quàm plurimũ faciant: atq; ita iuxta Ptolomæi præceptum cœleſti operationi ſuo ſtudio ſubſeruiat, non aliter, q̃ optimus agricola arando & ſimilibus operis ruſticis naturam adiuuat ſtudioſè? Econtra ſi abripi ſe à naturæ impetu ad ſtudia non conceſſa, cum ex animi motibus turbidis ac incompoſitis, tum verò ex congruentibus aſtrorum ſignificationibus animaduertat, mox id vitium arte, hóc eſt, pietatis cultu, & virtutis ſtudio indefeſſo, vt corrigat, operam det ſedulò. Quemadmodum Socratem feciſſe legimus, de quo Chiromantes aut Metopoſcopus cùm iudicaſſet hominem, eum eſſe moribus flagitioſiſſimis, ac corruptiſſimis præditum, atque ob id à diſcipulis, quibus perſpecta eſſet præceptoris virtus, non tatũm rideretur, ſed etiam reprehenderetur acerbius, tacere eos Socrates iuſſit ſeq; talem niſi arte & ſtudio prauos naturæ impetus turè correxiſſet, futurum fuiſſe affirmauit.

Deliberationem de vitæ genere ſequuntur actiones & ſtudia non tantùm in vita priuata, verum etiam in Republica: in qua adminiſtranda quàm multa occurrunt, cùm laboris, tùm periculi plena, quæ rectiſſimè nonnunquam expediri poſſunt, ſi mediocris huius artis cognitio, ad cætera adminicula adiungatur? Id quod vel ex vnius Niciꝫ Athenienſium ducis hiſtoria cognoſci poteſt. Qui ignarus huius artis cùm abducere exercitum ex Sicilia decreuiſſet, turbatus ſub diſceſſum eclipſis Lunæ conſpectu, cùm quidem tutò diſcedere tunc potuiſſet, & vt Philochorus dicebat, ſignum cœleſte non tam aduerſum, quàm vtile eſſet fugienti, nauigationem inſtitutam omiſit, eamq; in proximum menſem differendam cenſuit. Interea verò ab hoſtibus victus, miſerè

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

exercitu numeroſiſſimo perijt. Quod ſi etiam Alcibiades, qui autor fuit populo Athenienſi ſuſcipiendæ huius in Siciliam expeditionis,obtemperare initiò conſilio Metonis Aſtrologi præſtantiſſimi voluiſſet, nec tantum exercitum, in quo robur vrbis poſitum erat,præſenti periculo obieciſſet,nec patriam in perpetuam & triſtem ſeruitutem ex libertate & potentia ſumma præcipitaſſet. Nam certè clade illa Sicula(quam Meton ex Eclipſi Solis totali, quæ initio belli Peloponeſiaci conſpecta eſt, & alijs cauſis cœleſtibus præuiderat)ita fractæ ſunt Atheniẽſium vires, vt poſtea Lacedæmonijs hoſtibus pares nequaquam fuerint : Et poſt aliquot annos ad Aegos potamos à Lyſandro deuicti,atque obſidione ad faciendam deditionem coacti imperium maritimum vnà cum Repub.amiſerint. Sed hæc pars ita latè patet,vt ſi pro dignitate dicendum de ea nobis eſſet,integro & ſatis quidem grãdi volumine res abſolui vix poſſit. Itaq; hanc abrumpo,& de eo quod de valetudine regenda paulò antè attigimus nonnihil adijcio. Hic verò adeò inſignes ac manifeſtas monſtrat hæc doctrina vtilitates, vt ſi aliæ cauſę nullæ eſſent, quæ nos ad hoc ſtudium inuitarent, hæc ſola ſufficeret. Videmus, ſi vena in eo corporis humani mẽbro incidatur,cui ſignum, in quo Luna eodem tempore decurrit,dominatur, nunquam ferè ſine noxa aut inſigni valetudinis læſione illam ſectionem abire. Animaduertimus idẽ Criticis diebus, quos Medici in morbis præſertim acutis diligenter obſeruari iubent,humores in corporibus malè affectis moueri,& quidem ita,vt vel morbus ſuccumbẽte natura ęgrum opprimat, vel natura diſcuſſis noxijs & prauis humoribus ſeſe recolligat,& tandem contra vim morbi inſurgens eũdem feliciter ſuperet.Hanc rem totam (vt de cæteris penè innumeris nihil dicam) ab aſtrorum ſignificationibus & influentijs pẽdere, nemo eſt qui non intelligat, aut ſi negare quis velit,is ad experientiam,quæ ſtultorum magiſtra eſt,ſi ablegetur,fateri tandem, quod res eſt, habebit neceſſe. Quum autem iuxta veterum admonitionem, opti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

mum ſit rectè valere, profectò digna eſt homine ingenuo hæc cura, quæ cauſas mutationum in ſuo corpore, quę cum aliquo periculo ſunt coniunctæ, inquirat, eaq́; omnia, quæ obeſſe valetudini intelligit, ſummo ſtudio anteuertere aut amoliri conetur.

Id verò aſſequetur multò facilius, ſi in cognitione huius artis, quæ præterquam, quod voce diuina commendatur, vtilitates vitæ & valetudini hominum tuendæ affert innumeras plurimumq́; ſtudij ſibi ponendum eſſe exiſtimabit.

Cyclops apud Homerum barbarico faſtu turgens, exclamat, ſe neq; Iouem neq; fulmina eius curare. Hoc hominis monſtrum imitari mihi videntur, qui artes omnes atq, inter has eam, quæ aſtrorum ſcientiam tradit, ſpernunt, aut etiam quod ab ignaris fieri ſolet, odioſè exagitant: Atq; interea ſuo ventri tanquam ſummo & ſoli Deo, vt ille apud Euripidem inquit: Sacrificantes, nihil, niſi quod voluptates aut honores cōciliet, magni faciunt. Sed quēadmodum Cyclops ille non multò pòſt ab Vlyſſe excœcatus, & paſſim in tenebris palpitando oberrans, pœnas dedit contemptus Dei, & operum eius iuſtiſſimas: Ita hi, qui nullum ſciunt habere vitæ ſuæ modum, nec cum ratione & conſilio inſtitutuūt quicquam, tandem in calamitates incidunt triſtes, quibus cùm alios tandem ſecum inuoluunt, ſæpe clades publicas accerſunt toti genti, aut Reipub. exitioſas. Nota eſt enim illa Heſiodi querela:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

Sunt verò nonnulli, qui quanquam cæteras artes magni faciunt, & excolendas cenſent: tamen huius quam commēdamus difficultatem nobis obijciunt, & quod pleraq; inueſtigando deprehendi nequeant, nec ratio omnium, quæ fiunt ſemper ſit in promptu; fruſtra impendi operam his ſtudijs exiſtimant. His autem eruditiſſimè pro nobis reſpondet. Philon de circulo lacteo, qui cœlo ſereno conſpicitur, tanquam non minima huius ſcientiæ parte ſcribens, ita orationem concludit: δυσαιτωλόγητος δὲ εἴπερ ἐστὶ μὴ ἀποκνείτωσαν οἱ τὰ

φύ-

φύσεως ἐρευνᾶν εἰωθότες. ὠφελιμώτατον γὰρ ἡ εὕρεσις. ἥδιστον δὲ καὶ καθʼ αὑτὸ τοῖς φιλομαθέσιν ἡ ζήτησις. Hoc eſt: Etiamſi difficulter reddi ratio omnium poteſt, tamen non pigeat eos, qui arcana naturæ ſcrutãtur, aliquid operæ & ſtudij his artibus tribuere. Nam & ea, quæ inuẽta ſunt, aut noſtro ſtudio eruuntur, maximas vitæ hominũ adferunt vtilitates, & inquiſitio per ſe diſcendi cupidis voluptates parit innumeras. Quod igitur vnumquemq; facere decet omiſſis ijs, quæ res bonas & ſalutares auferre ex hominum vita conantur, & quod dici ſolet, nauẽ in qua vehuntur perforare non verentur, artibus bonis tanquam donis diuinitùs monſtratis & conceſſis, ita fruamur, vt & auctorem agnoſcamus, ac celebremus, & in vſu harũ vitam ita inſtituamus ac regamus, vt quàm minimum moleſtiarum & ærumnarum, quæ noſtra culpa aut ignauia accerſantur, experiamur. Id ſi fecerimus, non fruſtra à Ptolomæo homine doctiſſimo de hac ipſa arte, quam nonnulli magicis & ſuperſtitioſis artibus ineptè cõmiſcentes inuidioſiſſimè ad vulgus traducunt, rectè ac ſapienter ſcriptum eſſe intelligemus: τὸ προγινώσκειν ἐθίζει καὶ ῥυθμίζει τὴν ψυχὴν τῇ μελέτῃ τῶν ἀπόντων ὡς τῶν παρόντων, καὶ παρασκευάζει μεθʼ εἰρήνης, καὶ εὐσταθίας ἕκαστα τῶν ἐπερχομένων ἀποδέχεσθαι.

Ac deinceps vſu edocti, & confirmati, maiori ſtudio doctrinam vtiliſſimam ac ſuauiſſimam à contemptu aut inſectatione aliorum vindicabimus. Bene ac feliciter vale lector candide, & ſtudium noſtrum in commendanda arte vtiliſſima, boni conſule. Ex arce mea Ranzouiana Bredenberga. Cal. Aprils, Anno Chriſti cIↄ. Iↄ. XXCIIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

INDEX PRAECIPVARVM RERVM
quæ in hoc libro tractantur.

I. *Catalogus Imperatorum, Regum ac virorum illuſtrium, qui artem Aſtrologicam exercuerunt.* Folio 1.

II. *Teſtimonia quæ oſtendunt Elementa & quæ ex his conſtant corpora perpetuo affici à corporibus cœleſtibus.* 49

III. *Veræ prædictiones Aſtrologicæ inopinatorum euentuum.* 64.

IIII. *Exempla magnarum coniunctionum & effectuum inde ſecutorum.* 111.

V. *Exempla nonnulla Eclipſium vnà cum ſuis effectib.* 113.

VI. *De fato, D. Auguſtini, & aliquot Philoſophorum ſententiæ* 124.

VII. *De annis Climactericis cum rationibus nonnullis, quare his annis fiant in vita & fortuna hominis tantæ mutationes.* 231

VIII. *De excellentia numeri ſeptenarij.* 137.

IX. *Catalogus eorum, qui annis Climactericis vel Hebdomaticis obierunt.* 161.

Et deinde qui anno 98.hebdomatico 14. 163.

Qui anno 91.hebdomatico 13. 164.

Qui anno 84.hebdomatico 12. ibid.

Qui anno 77.hebdomatico 11. 166

Qui anno 70.hebdomatico 10. 170.

Qui anno 42.hebdomatico 6. 178.

Qui anno 35.hebdomatico 5. 180

Qui anno 28.hebdomatico 4. 181.

Qui anno 21.hebdomatico 3. 184.

Qui anno 14.hebdomatico 2. 186.

Qui anno 7.hebdomatico 1. 188.

Qui annis Enneaticis mortui ſunt, & deinde. 189.

Qui anno 99.Enneatico 11. 190.

Qui anno 90.Enneatico 10. ibid.

Qui anno 81.Enneatico 9. 192.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Qui anno 72. Enneatico 8. 198.
Qui anno 54. Enneatico 6. 201.
Qui anno 45. Enneatico 5. 203.
Qui anno 36. Enneatico 4. 206.
Qui anno 27. Enneatico 3. 208.
Qui anno 18. Enneatico 2. 209.
Qui anno 9. Enneatico primo. 211.
Qui anno 49. hebdomatico 7. perierunt. 212.
Qui anno 56. hebdomatico 8. 216.
Qui anno 63. hebdomatico 9. & Enneatico 7. 225.

X. *Annus Chriſti & dies mortis Pontificum & Cæſarum, Regum, & aliorum illuſtrium virorum, qui menſibus hybernis perierunt, ex quibus liquet, quod plures homines hybernis quàm æſtiuis menſibus moriuntur.* 235

XI. *Enumeratio aliquot exemplorum, ex quibus patet, quod plerunq; ſit ſimilitudo ſtatus, ſucceſſus morborum & obitus in parentibus & filijs.* 257.

XII. *De Periodis imperiorum cum nonnullis exemplis.* 265.

XIII. *Tabula de annis Climactericis.* 294

XIIII. *Genitura Henrici Ranzouij, cum ſuccincto iudicio.* 294.

Genitura Adolphi Ducis Holſatiæ, cum breui iudicio. 300.

XV. *Verſus nonnulli de Planetis & menſium laboribus.* 302.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

CATALOGVS IMPERATORVM, REGVM ET VIRORVM ILLVSTRIVM, QVI ARTEM ASTROlogicam exercuerunt & ornarunt.

QVANQVAM Adam primus parens diſciplinam rerum cœleſtium & ſideralem ſcientiam perfectè calluit: de quo neminem dubitare arbitror: tamen Ioſephus lib. 1. cap. 4. de antiquitatibus ſcribit: Poſteros Sethi ſideralem cognitionem excogitaſſe: & cum ſcirent Adamum vniuerſalem rerum interitum præuidiſſe, vnum diluuio non multò pòſt futuro definitum: alterum incendio reſeruatum: Ne itaq; inuenta ſua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent quàm pernoſcerentur: excitatis duabus columnis vna ex lapide viuo & altera ex lateribus coctis: vtriq; ea, quæ à progenitore ſuo acceperant, inſcripſiſſe, vt ſi lateritiam diluuio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret, & quæ in ſcriptis contineret, ſpectanda exhiberet: & addit Ioſephus, fuiſſe ſua ætate, qui dicerent, lapideam illam columnam tot ſeculis antè dedicatam adhuc in Syria extare. Hæc de Columnis vetus eſt Hebræorum traditio, vt ex Rabinis ipſorum, & Hiſtoriographis Cedreno & Zonara, conſtat.

Epigenes grauis auctor etiam affirmat, inuentas fuiſſe tabulas lapideas; quibus inciſæ fuerint obſeruationes Aſtrologicæ ſeptingentis viginti annis, antequam Ninus Aſſyriorum dux & Phoronæus rex Græcorum regnarint: quemadmodum Plinius lib. 7. cap. 56 & Ioannes Annius Viterbienſis in Commentarijs, quos edidit in libros Beroſi Chaldæi fol. 101 commemorant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Indifferenter autem priſcos vſos fuiſſe colũna pro tabula conſtat ex eodẽ Viterbienſi, cum dicit de Oriſiana tabula Florentiæ olim excitata: Maiores noſtri in templo olim Herculis, nunc D. Laurentij, vt ſemper memoria huius vrbis teneretur, pro roſtris poſuerunt columnam, id eſt, tabulam Alabaſtriam, Oriſiani triumphi monumentum.

Addit autem Ioſephus cap. 4. Propterea Deum illuſtribus illis viris prolixiorem vitam largitum eſſe, tum quod Deo chari eſſent, tum verò propter vtilitatem inuentarum artium, videlicet Aſtrologiæ ac Geometriæ, quarum certitudinem aſſequi non potuiſſent, ſi minus DC. annis vixiſſent: quando quidem nonnulla in motibus ſiderum, partim ita tarda ſunt, partim ita varia, vt vix plurimis ſeculis, nedum vno aut altero deprehendi poſſint.

Marianus Scotus ſcribit: Duas columnas ab Abrahamo erectas eſſe: Vtrum autem eædem illæ fuerint cum columnis, de quibus Ioſephus ſcribit, ſiue diuerſæ, in medio relinquo: hoc tamen ex tam varijs auctoribus concludo, eas propter Aſtrologicæ ſcientiæ conſeruationem ædificatas eſſe & certo extitiſſe, & per aliquot ſecula duraſſe.

Sethũ nomina ſtellarũ commentũ eſſe Suidas profert. Ego tamẽ ab Adamo nomina lingua ſancta, vt cæteris rebus ex proprietate ipſarum naturali, vt in Geneſ. legimus, etiam ſtellis indita eſſe existimo, nam Hebræi Saturnum שַׁבְּהָאִי appellant, id eſt, quietum & tranquillum propter naturalem eorum inclinationem, quorum Horoſcopum Saturnus obtinet, vt ferè ſunt Melancholici, tranquilli, & contemplationibus dediti: Aut quod rebus naſcentibus inimicus Saturnus frigore ſuo calorem naturalem in his extinguat: Vnde pueros, quibus frigus maximè eſt inimicum, deuorare à pleriſq; pingitur, & שִׁיבְּהָא Chaldæi Spiritum malum ſuffocãtem pueros appellant, non alium vt exiſtimo, quàm quem nos Saturnum dicimus. Nam & apud Græcos, vt ſcribit Diodorus: μῦθος ἦν ἐκ παλαιᾶς φήμης παραδεδομένος, ὅτι κρόνος ἠφάνιζε τοὺς ἰδίους παῖδας.

Iouem צֶדֶק, id eſt, iuſtum, quia iuſtitiæ ciuili ſtudere viden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tur ij, quibus Iupiter dominus eſt Horoſcopi. Et Martem מַאְדִּים*, id eſt robuſtũ, quaſi dicas, qui viriles faciat propter naturalem inclinationem, qua eos afficit, quorum præeſt Horoſcopo, vt eos quodammodo Martiales reddat aptosq́; laboribus. Quanquam alij à rubedine qua fulgens in cœlo conſpicitur nomen tractum eſſe volunt. Dicitur idem, vt nonnulli volunt,* גַּד *quæ vox turmam ſignificat militarem, excurrentem & populantem agros,* Ein ſtreiffende Rott. *Talibus enim fauere Mars creditur.*

Sol dicitur שֶׁמֶשׁ *à miniſterio, quod lucem omnibus gratiſſimã adminiſtret.* חַמָּה *vero à calore ſuo, quo omnia viuificat.*

Venerem volunt dictam eſſe עַשְׁתֹּרֶת *Aſtoreth, cuius paſſim mentio fit in ſacris literis. Fuit enim nomen idoli Sidoniorum, cui preces adhibebãtur, & thura incẽdebatur, quod cultoribus opes promitteret. Videtur enim eſſe ab* עָשַׁר*, quod Hebræis eſt ditari. Quanquam alij ab oue ſeu agno ſic dictam putãt, vel quod præcipua diuitiarum pars in agnis eſſet, vel quod in forma ouis coleretur. Euſebius lib. 1. præparationis Euangelicæ ſcribit :* τὴν ἀστάρτην φοίνικες, τὴν ἀφροδίτην εἶναι λέγουσι. *Et notum eſt, Veneris ſtellam inter fortunatas haberi ab Aſtrologis.*

מְנִי *Hebræis eſt Mercurius, qui nomen inuenit à numeratione ſeu rerum diſtributione. Magnam enim habere vim in excitandis ingenijs & augenda hominũ induſtria exiſtimatur. Vnde peculiaris illi cultus à negotiatoribus inſtituebatur, quẽ reprehendit Iſaias cap. 65. Et noti ſunt Prudentij de Mercurio verſus.*

Artificem ſcelerum ſimplex mirata vetuſtas
Supra hominem coluit, ſimulãs per nubila ferri
Aligerisq́; leues pedibus tranſcurrere ventos.

Quæ omnia partim ad motum, partim verò ad naturam & effectiones huius planetæ ſunt referenda.

Luna Hebræis יָרֵחַ *eſt dicta à ſpirando ſeu reſpirando, quod noctu reſpirationem & refrigerium præbeat rebus interdiu Solis ardore*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

aduſtis. Dicitur eadē סיהרא à rotūditate globoſi corporis. Et לבנה à candore lucis.

Libri Enoch citantur ab Origine Homil. 28. in Nume. quibus cōprehenſa ait fuiſſe ſecreta de nominibus non ſolum plagarum cœli, ſed etiam omnium ſtellarum atq; ſiderum.

Iudas Apoſtolus in ſua epiſtola etiam aliqua deſumpſit ex hoc libro. Tertullianus citat ex eo integras paginas.

Quare ex præcedentibus & hoc libro conſtat, ſtellis in principio indita eſſe nomina quæ deinde à poſteris ſunt obſeruata, quemadmodum etiam deinceps in diuina ſcriptura ſæpè fit mentio Orionis, Arcturi, Hyadum & Pleiadum.

De Thare patre Abrahami Philo hæc ſcribit in lib. de Nobilitate. Iudaicæ gentis primus auctor ortu quidem erat Chaldæus, ſed patre Aſtrologo ex eorum numero, qui verſantur in Mathematicis diſciplinis, qui aſtra Deos putant, & vniuerſum præterea cœlum & mundum, à quibus tum bonum tum malum aiunt vnicuiq; euenire, nullam niſi in ijs rebus, quæ ſub ſenſum veniunt efficiendi cauſam credentes eſſe.

Sed Abrahamum domum paternam propterea reliquiſſe, nihilominus tamen ex his artibus melius & dexterius iudicaſſe Deum eſſe, qui aptum hunc, & concinnum congreſſum aſtrorum moueret & dirigeret, & totum hunc mundum ſua prouidentia gubernaret. Id Rabini nonnulli, Suidas, Cedrenus & Michael Glycas etiam teſtantur.

Ioſephus narrat, Abrahamum Patriarcham cū ex Chaldæa in Aegyptum commigraſſet, Aegyptijs primum omnium hanc artem tradidiſſe, illisq; ſiderum ac numerorum ſcientiam benignè communicaſſe. Nam ante aduentum Abrahami Aegyptij rudes fuerant huiuſmodi diſciplinarum, quæ à Chaldæis & Aegyptijs profectæ ad Græcos tandem peruenerunt, quod & Cicero in lib. de Diuinat. annuere videtur.

Alexander Hiſtoricus in volumine de Iudaica hiſtoria, ita inquit, Natus eſt Abraham in Camirino Babyloniæ vrbe, (quam alij Hu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Hurien, Græci & Latini Chaldæopolim dicunt) qui ſapientia omnibus excelluit. Ab hoc Aſtrologia fuit apud Chaldæos inuenta. Is q́; iuſtitia & pietate ſua ſic Deo gratus fuit, vt diuino præcepto in Phœnicem venerit, ibiq́; habitauerit, & rationem Solaris motus atq; Lunaris, aliaq́; Aſtrologica Phœnices docuerit. Vnde Phœnicum Regi gratiſſimus fuit.

Et poſt pauca ſubiungit. Annonæ autem charitate oppreſſus in Aegyptum migrauit, & habitauit Heliopoli cum ſacerdotibus, à quo Aſtrologiam ipſi Sacerdotes didicerunt, qui tamen non eam ſe inueniſſe, ſed ab Enoch per ſucceſſionem ſibi traditam fatebatur.

Beroſus Ioſepho & Alexandro antiquior ſcriptũ reliquit, nõ tantum SS. Patres in prima ætate ſiderum ſcientiam à Deo acceptam excoluiſſe & amaſſe, ſed etiam poſt diluuium Noham, Abrahamum, Iacobum, Ioſephum Patriarchas & Prophetas omnes recurſus aſtrorum, quorum ſæpe faciunt mentionem in libris ſuis exactè nouiſſe, ſuosq́; docuiſſe.

Idem auctor de Noha lib. 3. ita ſcribit: Tum ſeniſſimus omniũ pater Noha, iã antè edoctos Theologiam & ſacros ritus, cœpit etiã docere humanã ſapientiam: docuit illos etiam aſtrorũ curſus: diſtinxit annum ad curſum Solis, & duodecim menſes ad motum Lunæ. Qua ſcientia prædicebat illis ab initio, quid in anno & Cardinibus eius futurum contingeret, ob quæ illum diuinæ naturæ participem eſſe exiſtimauerunt.

Etſi Noha diluuium generale ex reuelatione diuina præſciuerit: tamen nonnulli Rabini (vt obiter quaſi & παρέργως*, hoc loco id inſeram (exiſtimant eum hoc ex cognitione conſtellationum, quæ illum Cataclyſmum præſignarunt etiam præuidiſſe, & has conſtellationes à Moyſe Geneſ. 7. Cataractas cœli appellatas, veluti reſeratis clauſtris inundationem totius mundi ortam eſſe. In hac ſententia eſt quoq; Petrus Aliacus Cardinalis, in volumine de ſectis & legibus addens: quemadmodum Deus itidem voluit eſſe ſignum vniuerſalis diluuij nõ amplius futuri: ita veriſimile eſt, Deum Aſtrorum ſignis diluuium ad pœnitentiam prænunciaſſe. In eadem ſententia fuit etiam longè ante Aliacum Guilhelmus Pariſienſis Epiſcopus ita ſcribens: Moyſes Cataractas cœli vocauit partes illas*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

cœli, quæ ſunt generatiuæ pluuiarum & inundationum aquarum, qualia ſunt ſigna Aquatica, vt Cancer, Piſces, Pleiades, Hyades & Orion: vt intelligantur Cataractæ cœli tunc apertæ, cum cauſæ huiuſmodi ad operationes pluuiarum & inundationum nutu Creatoris laxatæ ſunt.

Henricus Meclinius, Magni Alberti diſcipulus, refert ſe inueniſſe ex Aſtronomicis ſupputationibus, quòd diluuium præceſſerit coniunctio quædam aſtrorum, vniuerſalem aquarum inundationē indicans, nimirum Iouis & Saturni in fine Cancri, & è regione Argolicæ nauis. Hanc opinionem etiam Tyberius Calaber Philoſophus in publicis diſputationibus in Italia defendit: ſunt præterea alij nonnulli, qui eadem affirment. Si igitur hi talia ex præteritis Conſtellationibus ratiocinari potuerunt, non eſt mirum, ſed valde credibile, Noham idipſum ex futuris conſtellationibus, cum ſine dubio longè peritior fuerit in hac arte quam ſucceſſores, etiam præuidiſſe: Ego tamen vt cuiq; ſuum hac de re iudicium permitto, ita auctoritati Sacræ ſcripturæ in huiuſmodi & ſimilibus prædictionibus nihil per me derogatum volo.

Quid Methodius & Nauclerus de eius filio Ionicho & huius prædictionibus ſcribant, infrà annotabimus.

Beroſo Attica ciuitas magnum Aſtronomicæ ſcientiæ teſtimonium reddidit, ſtatuamq; in gymnaſio poſuit inaurata lingua ob certiſsimum euentum eorum quæ prædixerat.

Pulchrum ſanè virtutis præmium, quia nobiliſsima id dedit ciuitas: verum quia eadem & ſapientiſsima, multo adhuc pulchrius: vt ſcribit Sabellicus, lib. 10. cap. 8 & Plin. lib. 7. cap. 37.

Moyſes in Regis potentiſsimi aula educatus, numeros & Geometriam, vniuerſamq; Muſicam & Metricam accepit ab AEgyptijs doctoribus, reliquas liberales artes à Græcis, à Chaldæis vero ſideralem ſcientiam. Hanc & ab AEgyptijs didicit. Mathematicæ vero cumprimis deditus obſeruabat, in quo vtriq; diſcreparent, & intactus à contentionibus veritatem quærebat, vt Philo refert. Ex quibus liquide conſtat, etiam Moyſen ſideralis ſcientiæ haud ignarum fuiſſe.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Hoc etiam S. Stephanus in Actis Apoſtolorum confirmare videtur, dicens: Moyſes fuit eruditus in omni ſapientia Aegyptiorum, & erat potens in ſermonibus & verbis. Quorum ſapientiam Diodorus, Diogenes, Laërtius, Iamblichus, Philo Iudæus, & Euſebius Cæſarienſis fuiſſe diuiſam in quatuor partes affirmant, inter quas vna fuit Mathematica & Aſtronomia.

Diodorus refert, cum fundamentū ſcientiæ Aſtrologicæ ſit longi tēporis obſeruatio atq; notatio collocationis, motusq́; ſiderum, hanc deſcriptā ab incredibili multitudine annorum ab AEgyptijs cuſtoditam eſſe, quod à priſcis temporibus hoc ipſi ſtudio flagrarint, ac ſiderum errantium motus & conuerſiones, atque eorundem στηριζόντων *ſeu inſiſtentium moras maxima cura deprehenderint, & his cōpertis cognouerint ſingulorum vires ad procreationes & partus animantium, ac quorum euentuum bonorum malorumve eſſent ſigna non fallentia, ita vt non raro frugum interitus aut copiam, nec non morbos hominum, cæterorumq́; animantium, ex longa temporis obſeruatione præuiderint. Et auxiſſe hanc artem Chaldæos continuando obſeruationes in templo Iouis opere ingentis altitudinis à Semiramide extructo, vbi proſpectus in omnes cœli & terræ ſubiectæ partes patuit.*

Philo Iudæus hæc confirmat dicens: Chaldæos in primis in ſyderum ſcientia exercitatos fuiſſe, omnia tribuentes ſtellarum motibus, à quibus diſpenſari credebant mundi potentias, ideoq́; præ cæteris nationibus elaboraſſe artem Aſtronomicam & Genethliacam, terrena ſublimibus & cœleſtia terreſtribus coaptantes.

Cùm quo oraculum conſentire videtur apud Iuſtinum Martyrem & Euſebium:

Μοῦνοι χαλδαῖοι σοφίην λάχον, ἠδ' ἄρ' ἑβραῖοι
Αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν ἁγνῶς

Soli Chaldæi ſapientiam ſortiti ſunt & Hebræi,
Ex ſe genitum Regem colentes Deum ſanctè.

Idem Philo ait: veram quidem illam Magiam, hoc eſt, perſpectiuam ſcientiam, per quam naturæ opera cernuntur clarius, vt honeſtum expetendumq́; non plebei ſolum ſectantur, ſed etiam Reges & Regum maximi, præſertim Perſici, tam curioſi harum artiū

vt regnare non liceat, niſi cum Magis verſato familiariter.

Et Cicero in Diuinationum libris ait, neminem apud Perſas regno potiri, qui prius Magiam non didicerit.

Plato in Alcibiade dicit: Imbuuntur Perſarum regij filij Magia, vt ad mundanæ Reipubl. imaginem, ſuam & ipſi adminiſtrare diſtribuereq́; condiſcant.

D Hieronymus in caput Danielis ſecundum: Magi, ait, ſunt qui de ſingulis philoſophantur, nec malefici ſunt, ſed philoſophi Chaldæorum, & ad artis huius ſcientiam Reges quoq; & principes eiuſdem gentis omnia faciunt.

Vnde & in natiuitate Domini ſaluatoris ipſi primum ortum eius intellexerunt, & venientes in Bethlehem adorauerunt puerum ſtella deſuper oſtendente.

Et non ſolum Chaldæi, ſed etiam Germani maximam vim olim aſtris tribuerunt, nam Alexander ab Alexandro Iureconſultus Neapolitanus ſcribit, Germanos Solem & Lunam, ſolos Deos quos cernebant, & quorum vires experiebantur opinatos eſſe, ac cæleſtia ſidera Deos eſſe credidiſſe.

Iulius Cæſar etiam ſcribit, Ariouiſtum Germanorum Regem ante nouilunium noluiſſe pugnare, admonitum vaticinationibus mulierum. Sed à ſe in pugnam pertractum exercitum perdidiſſe, & nauicula inuenta Rhenum traieciſſe & aufugiſſe.

Eraſmus Roterodamus in tractatu de Aſtrologia dicit: Hoc doctrinæ genus vetuſtum eſt, neq; nuper ad nos peruenit, ſed inuentū eſt priſcorum Regum, quos Dij amabant: at huius ætatis mortales non ſolum inſcitia, ſocordiaq́;, verum etiam odio laboris diuerſa ab illis ſentiunt. Cumq́; fortè inciderint in eos, qui falſa prædicunt, tū & aſtra culpant, & ipſam Aſtronomiam habent exoſam, neq; ſalutarem eam, neq; veridicam arbitrantur, ſed artem magis falſam atq; inanem: haud rectè, ſicut mihi quidem videtur, ſentientes: neque enim ob imperitiam fabri ars ipſa culpatur, neq; ob imperitiam Cantoris ipſa Muſica parum eſt erudita: quin illi potius artium ſunt ignari.

Porrò quod hæc narratio Eraſmi congruat cum rebus ipſis, & principes viri exercuerint hanc artem, vocabula tunc ſideribus impoſita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

poſita, & adhuc ſic appellata indicant, vt Orpheus, Perſeus, Orion, Caſtor, Pollux, Chiron, & ſequentia exempla demonſtrant.

Belum Aſſyriorum primum regem & Nini patrem ſideralis ſcientiæ inuentorem Plinius affirmat.

Zoroaſtres Bactrianorum Rex, Horoſcopos rerum & ſiderum motus illuſtrauit, Magiam, non illam ſuperſtitioſam, quam execramur, ſed, quæ primis illis hominibus, & excellenti ſapientia præditis cognita fuit, naturalem, vt fama eſt, introduxit ex tribus conflatã, Medicina, Matheſi ſiue Aſtrologia diuinatoria & religione, vicies centum millia verſuum de his diligentiſſimè ſcripſit. Hunc Ninus interfecit, & vltimum cum eo bellum geſſit. Auctores ſunt Ariſtoteles, Iuſtinus, Plinius.

Atlas Maurus, qui & Iapetus dictus eſt, Libyæ filius, qui in Africa imperauit, Sphæræ rationem docuit, & ex aſtris futura certo euentu prædixit. Alexander Polyhiſtor hunc Atlantem Enoch fuiſſe perhibet.

Herculem fuiſſe edoctum diſciplinam Aſtrologicam ab Atlante, Diodorus lib. 4. ſcribit, quam cum in Græciam attuliſſet, natam fuiſſe ait fabulam, quod ſubijſſet Atlantis onus, & humeros aſtrorum ponderi ſubmiſiſſet. Quo fortè reſpexit is, qui nuper in Numiſmate quodam aureo Philippi regis Hiſpaniarum ſculpſit, virum ſuſtinentem humeris cœlum, adſcripto hoc ſymbolo: VT QVIESCAT ATLAS.

Narrant, autem Græci alia permulta fabuloſa, vt AEneam Veneris fuiſſe filium, & Minoa Iouis, AEſculapium Martis, Autolycum Mercurij: Verum hi omnes viri doctrina & virtute inſignes erant, & pro varietate donorum, ad alios atq; alios ſui ortus primordia referebant: quod perſuaſi eſſent, nullum vnquam ſine afflatu diuino in virum magnum euaſiſſe. Itaq; Rex Minos Iouis auſpicijs: Aeneas formoſus Veneris fauore natus eſſe credebatur. Fur Autolycus euaſit, quod furacitas illi à Mercurio aut potius ex conuenienti talibus ingenijs eiuſdem aſpectu obtigiſſet. Quæ res oſtendit, Homeri poëſim, quemadmodum & cæterorum fabulas magna ex parte ex Aſtronomia natas eſſe. Quanquam enim multa in his ſunt hiſtorica, nonnulla etiam ex Phyſicorum doctri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Phyſicorum doctrina petita, aut ad morum præcepta ab auctoribus accommodata: tamen ſi quis huius artis, quæ doctrinam de motibus & effectionibus ſtellarum cõtinet, ignarus in fabulas illas incidat, non facile ſe ex illis expediuerit. Nam, vt cætera omittam, quod de peſte Græco exercitui ab Apolline immiſſa narrat Homerus, id totum ad Aſtrologiam pertinere, quis eſt qui non videat?

Achilli idem Homerus peritiam Aſtronomiæ tribuit, cum narrat cœlum, elementa, partes mundi & ſidera in ipſius Clypeo fuiſſe depicta. Eamq́; haud dubie didicit à Chirone præceptore ſuo, medico ſimul & Aſtronomo peritiſſimo. Nam & herba Chironea ab hoc dicta eſt, tertium, vt Plinius ait, Panaces genus, & quod doctrinã de ſyderum motibus atq; effectibus Æſculapio, Achilli, & alijs fœliciter traderet, immortales poſt mortem meruit honores.

Nam inter aſtra relatus nomen Zodiaci ſigno, quod ordine eſt nouum & Sagittarij nomine celebre, impoſuit.

Dauid regius Propheta carmen conſcripſit, in quo cœlum quaſi expreſſiorem imaginem ſapientiæ & maieſtatis diuinæ inſculptam habens, in medium adducit, & tanquam volumen expanſum, omniumq́; hominum oculis expoſitum proponit, in quo gloriam, hoc eſt, ſapientiam, potentiam, & bonitatem Dei ita deſcriptam contineri affirmat, vt ab omnibus etiam literarum ignaris deprehendi eius veſtigia poſſint: Id vero vt planum faciat, omiſſis cæteris illis cœleſtibus gloriæ diuinæ præconibus, vnius Solis mentionem facit, quo mundus hic aſpectabilis nihil habet pulchrius, vſuq́; nihil præſtantius. Notus eſt enim Pſalmus 19. in quo illuſtria prouidentiæ & ſapientiæ diuinæ teſtimonia ex cœli machina, eiusq́; ornatu, atq; ex Solis non curſu tantum, ſed calore & cæteris effectis colligit.

Salomon filius Dauidis ſapientiſſimus Rex, prædicat ſibi diuinitus datam eſſe aſtrorum cognitionem his verbis, Sapient. 7. Dedit mihi Deus eorum quæ ſunt, cognitionem minime fallacem, vt ſciam mundi conſtitutionem, virtutem elementorum, principium, finem, mediumq́; temporum, ſolſtitiorum viciſſitudinem, mutationes temporum, annorum circuitus, & aſtrorum ſitus, ex quibus cognitio minime fallax acquiritur.

Ioſephus, in velo tẽpli, cœli curſum depictum fuiſſe, ſcribit.

Ezechias rex Iudæ coluit bonas artes. Nam & ſtudioſus fuit di-

ſci-

ſciplinarum Mathematicarum, apud Chaldæos tunc vigentium. Vnde annum reſtituiſſe fertur, & leges poſuiſſe de intercalãdo tertio quoq; anno menſe Niſan (hodie Iudæi menſem Adar. 1. Februarium intercalant, quod tamen in idem recidit) & duplicando, vt ille eſſet menſium 13. & menſes Lunares ad curſum Solis accommodarentur. Elias Thisbites è Talmudicis. Hinc fortaſſe ſignum Eſaiæ 38. de Solis retroceſſione ipſius ingenio accommodatum decem gradibus in Horologio gnomonis. Vnde Chaldæi attoniti de portenti huius ratione perquirenda legatos ad regem Hieroſolymorum gratulatum miſerunt. 2. Ch. cap. 23.

Ezechiæ fatum ter quinos exit in annos,
Præter naturam vertitur ipſe polus.
Omnia poſſe Deo facile eſt, vis quanta ea, Denos
Quod reclinatur mobilis vmbra gradus.

Iobus vir ſanctus, & in ſchola pietatis exercitatiſſimus cap. 9. inter alia ſapientiæ & potentiæ Dei opera Solem & tria ſidera inſignia producit, quorum in ciendis tempeſtatibus aut inſignibus aëris mutationibus efficiendis, vis maxima eſt: adeo vt poetæ Ethnici hæc ipſa ſidera non tantum ab agricolis, ſed nautis quoq; obſeruari velint. Noti enim ſunt verſus Homeri, Heſiodi & Virgilij de Pleiadibus, Orione & Arcturo, quorum ortus & occaſus niſi obſeruentur nunquam rectè fieri ſationem, aut nauigationem inſtitui feliciter affirmant. Apparet igitur & Iobum huius doctrinæ Aſtrologicæ fuiſſe ſtudioſum, atq; in hac ita profeciſſe, vt de prouidentia & φιλανθρωπία Dei erga genus humanum confirmatus, eximius Dei ſeruus & Athleta hinc euaſerit. Imò verò (quod ad commendationem doctrinæ Aſtrologicæ maximè facit) Deus ipſe Hiobum cap. 38. compellans, & humanas vires extenuando ſuam è regione potentiam extollere volens, hæc ſidera, quorum mentio facta eſt, in medium adducit, maximasq; illis vires adſcribit, vt ſi nulla humana potentia vel vnius ſtellæ vires infringi, aut impediri poſſe Hiobus videat, fruſtra quenquam cum Deo contendere, aut fiducia virium ſuarum ſuperbire intelligat, Nunquid, inquit, cohibebis delicias Vergiliarum? aut contractiones Orionis aperies? Delicias attribuit

Vergilijs, quod ſuo ortu annum aperientes, & aëremremota hyemis aſperitate alterantes, ver deliciarum plenum adducant, hominibusq; voluptates concilient maximas. Orion contra oriente Scorpio, è regione ſub terram deſcendens, omnem illam voluptatem & delicias ſecum aufert: Ideoq; terram conſtringere, omnesq; herbas ac fructus quaſi intus cogere & cohibere dicitur, ne ſe totos dies abſente terra quicquam ad vſus hominum proferat: vnde poſtea hic menſis, quo Coſmicè occidit Orion Hebræis dictus eſt, כסליו Ciſleu, id eſt Orionæus, quod hoc tempore ſuum velut dominium Orion exerceat, & ſuas in occludendis terræ viſceribus vires inprimis exerat. Nomen etiam Ciſleu non aliunde, quàm ab inconſtantia tempeſtatum, quas eodem tempore ciet, huic ſideri inditum eſt ab Hebræis, vel potius ab ipſo Adamo perſpicaciſſimo in indagandis rerum naturis artifice, qui & aſtris & animantibus & rebus terra naſcentibus omnibus appellationes ipſorum naturis atq; effectionibus conuenientes ſtatim à creatione indidiſſe ſcribitur. Hæc de viribus horum ſiderum in inferiora corpora ita ſunt manifeſta, vt mirum ſit reperiri quenquam, qui ſidera tanquam ocioſa corpora cœlo affixa hærere exiſtimet, omnemq; doctrinam, quæ de viribus ſtellarum traditur, ſuperbè derideat. Chriſtus certè non ocioſa eſſe, aut vago tantum motu circumferri corpora illa lucida oſtendit: dū δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, ea alicubi vocat, ſed & in ſtatione eſſe ſtellas aſſiduè, & veluti exercitus inſtructos, ad exequenda Dei iudicia paratos, inq; agendo maximè δραστηρίους & efficaces eſſe demonſtrat.

Tempore Eſaiæ Prophetæ fuit ſiderum contemplatio in vſu, ita, vt etiam ſalutem ex eis homines increduli ſperarent. Dicit enim Eſaias cap. 47. Stent & ſaluent te augures cœli, qui contemplantur ſidera, & ſupputant menſes, vt annuncient tibi ventura. Propheta hic reprehendit & taxat abuſum, & corruptelas artis, non aſtra ipſa, vel doctrinam, quæ de horum motibus aut effectionibus traditur. Vult enim oſtendere, Deum per has tanquam ſecundas cauſas, atq; etiam cum neceſſe eſt, ſine his vitæ ſalutaria dare. Ideoq; non in aſtris, ſed in horum conditore & moderatore nobis ſalutis ſpē omnem ponendam eſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Balthazar rex Aſſyriorum & Babylonis volens ſcire, quid ſignificaret, quod à manu in pariete ſcriptum erat, miſit qui adducerent Magos, Chaldæos & diuinos: Cum autem hi id exponere non poſſent, Regina dixit, patrem ſuum conſtituiſſe Danielem principem Genethliacorum, Magorum, Chaldæorum & diuinorum, qui illud interpretari poſſet, Daniel. cap. 5. Vnde colligitur, & tunc magno in precio fuiſſe Genethliacos, & Aſtrorum peritos, & Danielem etiam hanc artem calluiſſe.

Hic admonendum eſſe cenſeo, cum Chaldæi in ſcriptura nominantur, quod ſub horũ interdõ appellatione vel oẽs vel ſingulæ Babyloniorum ſapientũ ſectæ ſignificentur. Propriè autem & apud Danielem hoc in loco ſupra citato, vt affirmat D. Hieronymus, deſignat genus hominum, quod vulgus Mathematicos & Genethliacos nominat.

Hydaſpes Medorum Rex antiquiſsimus, à quo annus quintus Hydaſpes dictus nomen accepit, aſtrorum obſeruationi maximè intentus fuit, multaq́ de Republica vaticinatus eſt: non ſolum quæ proxima ſua ſecula attigere: ſed etiam quæ ad extrema mundi tempora ſpectant. Vltimi enim ſeculi nequitiam graphicè deſcripſit, & Romanum imperium ex orbe ſublatum iri prædixit. Lactãt. Quod tamen ſolummodo de Imperij forma, quæ tunc temporis fuit, intelligendum eſſe cenſeo.

Atreo & Thyeſte de regno paterno decertantibus, publico conſenſu ſtatuerunt Argiui, vt vter aſtrorum ſcientia præcelleret, is imperio potiretur: vbi Thyeſtes illis in cœlo Arietem demonſtrauit; atq́ hinc aureum Arietem à Thyeſte proditum eſt in fabulis. At Atreus de Sole, deq́ vario eius exortu locutus eſt, oſtendens non eodem modo fieri Solem & mundum, ſed contrario inter ſe curſu rapi, & qui nunc videtur occaſus, vt ſit occaſus mundi, Solis exortum eſſe. Hæc locutum Argiui regem crearunt, magnamq́ doctrinæ laudem eſt aſſecutus. Vnde palàm eſt, maximam Aſtrologiæ, cœleſtisq́ doctrinæ curam fuiſſe regibus Græcorum. Eraſ. Rot. in tractatu de Aſtrolog.

In ſupplemento Chronicorum ſcribitur: Atreum & Thyeſtem poſt patris mortem pariter regnare incepiſſe circa annum 24. Ge-

deonis: Atreum autem fuiſſe Aſtronomum non ignobilē, primū q; Solis Eclipſin inueniſſe, quanquam alij hoc Thaleti, alij Anaxagoræ tribuunt.

Arrianus commemorat, Eclipſin Lunæ viſam eſſe paulò ante prælium Alexandri & Darij ad Arbelam, & Alexandrum veritum, ne ſibi infortunium portenderetur, ad id auertendum ſacrificaſſe Soli, Lunæ & Terræ, tanquam cauſis harum Eclypſium. Id quanquam errore ab eo factum eſt, vt qui falſam numinis placandi rationem iniret: tamen res oſtendit, eum non tantum de motibus corporum cœleſtium, ſed & de effectibus eorundem fuiſſe edoctum à præceptore ſuo Ariſtotele: qui ad illum in libro de regimine principū ita ſcribit: ſi fieri poteſt, nō ſurgas, non ſedeas, non comedas, & penitus nihil facias abſq; ſummo conſilio viri periti in arte aſtrorum: Longeq; melius de his artibus ſenſiſſe, quàm Pericles Athenienſium Dux, qui cum ſub maritimæ expeditionis tempus, Sol interpoſitu Lunæ eſſet obſcuratus, & gubernator claſsis vnà cum cæteris eo omine tanquam ſiniſtro eſſet conſternatus, vt cauſam naturalem huius Eclypſis oſtenderet, & metum inde militibus adimeret, Chlamidem oculis præfecti obijciens, & viſum impediens: nunquid mali alicuius hoc eſſe ſignum putaret, interrogat: illo negante, reſpondet, nihil eſſe diſcriminis inter hanc, quæ Chlamidis obiectu, & alteram quæ Lunæ interuentu facta eſſet Solis aſpectus inhibitionem, niſi quod quò maior Chlamide eſſet Luna, eo pluribus Solis conſpectū illa adimeret. Sed infelix expeditionis euentus oſtendit, nequaquā hoc cœleſte ſignum fuiſſe ἄσημον. Nam & exercitū lues inuaſit, quæ magnam partem abſumpſit, & ipſe Pericles re infecta domum reuerſus in tantum apud Athenienſes ob rē malè geſtam odium venit, vt & imperiū ei adimeretur, & inſuper magna pecuniæ ſumma mulctaretur. Plutarch.

Q. Curtius lib. 7. ſcribit, Aegyptios cōſultos eſſe de hac Eclypſi ad Arbelam viſa, & dixiſſe Solem Græcorum eſſe, Lunam vero Perſarum: quotiensq; deficerent, excidium & ſtragem illis gentibus portendi: Veteraq; exempla commemoraſſe Perſiæ regum, quos aduerſis Dijs pugnaſſe defectio Lunæ ſæpius oſtenderit: Itaq; cum in præliū fuiſſet deſcenſum, Perſæ à Macedonibus maxima ſtrage ſupera-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ti ſunt, eaq; victoria Monarchia Perſarũ ad Græcos tranſlata eſt.

Heſiodus librum Aſtrologicum ſcripſit, quem Plinius citat, in quo plurium ſtellarum deſcriptiones fuiſſe oſtendit, quam in eo libro qui hodie extat. Cario.

Necepſus Rex fuit in AEgyptiorum in aſtrorum cognitione peritiſſimus, quem Iulius Firmicus his verbis commendat: Necepſus, inquit, Imperator iuſtiſſimus Aegyptij, & Aſtrologus valde bonus, per ipſos Decanos omnia vitia valetudinéſq; collegit.

Saracenus Rex amauit Aſtrologiam. Nam Almanſor ſcribit ad eum Aphoriſmorum compendiolum his verbis: Mi rex petijſti, vt tuis ſatisfaciam votis, nec quoq; ſubire recuſaui, ſcripſi, æquo animo accipias quæſo.

Ptolomæus Philadelphus, ſecundus poſt Alexandrum Magnum in Aegypto rex, cum omnes artes, tum etiam Aſtrologiam à patribus olim Hebræis, vt dictum eſt, Aegyptijs traditam, ſua munificẽtia & labore reſtituit, propagauitq; ad poſteros. Fuerũt enim apud illum in magno honore Callimachus, Apollonius, Aratus, Bion, Theocritus, Conon & Hipparchus Mathematici. condidit bibliothecam nobiliſſimã, in qua 700000. volumina fuere, auctore Gellio.

Aratus Solenſis è Cilicia filius Athenodori, in Philoſophia diſcipulus Timonis & Menedemi, Mathematicã didicit ex Ariſtothero: edidit opus Aſtronomicum, Phænomena, hoc eſt apparentia prænotatum, in quo conſtitutionem totius Sphæræ cœleſtis, imagines, figuras, ortus & occaſus omnium ſtellarũ inerrantium Heroicis verſibus elegantiſſime cecinit. Edidit & Aſtrologiam & Aſtrotheſiã, vt Suidas refert. Ex hoc Paulus Apoſtolus, quemadmodũ in 17. cap. actuum Apoſtolorum legitur, teſtimonium ſumpſit, quod omnes ex Deo ſumus, inquiẽs, in ipſo viuimus, mouemur & ſumus, ſicut & quidam poëtarum veſtrorum dixerunt: ipſius & genus ſumus. Claruit autem Aratus tempore Ptolomæi Philadelphi, vixitq; illuſtris in regia Antigoni Demetrij filij.

Idem Aratus de cœleſtium rerum natura & de Deo ſic inquit:

Ille quidem cœlo defixit ſigna ſupremo
Partitis aſtris ſtellas prouidit in annum
Quæ tempeſtates homines & ſigna docerent

Vt firma in terris eſsent certo ordine cuncta,
Hinc primos illi, extremosq́; adhibemus honores.

Solon ordinauit annum & menſem, & ad duodecim menſes Lunares adiecit Epactas dies vndecim, vt congruerent ad integrum Solis circuitum: atq́; eodem planè modo annus diluuij à Moſe deſcribitur Gen. 7 & 8. Nam cum ingreſsus eſſet in arcam Noë anno ætatis 600. menſe 2. die menſis 17. tãdem poſt exſiccatam terræ ſuperficiem egreſsus eſt cum ſuis ex arca anno ætatis 601 menſe ſecundo die menſis 27. Initium autem anni Solon conſtituit coniunctionem Solis & Lunæ proximam Solſtitio æſtiuo.

Oenopides Chius Aſtrologiæ peritus, cum dedicaret in Olympijs legum tabulam, ſcripſit in ea Aſtrologiam quinquaginta nouem annorum, affirmans hunc eſſe magnum annum, Claud. AElianus. Ex quibus conſtat, veteres Rerumpub. moderatores ciuibus ſuis non ſolum leges, ſed etiam aſtrorum motus tradidiſſe, tãquam res ambas neceſſarias & vtiles Rebuſpublicis.

Pythagoras Italicæ philoſophiæ princeps, quem Plato penè in omnibus imitatur, putat ſcientiam Mathematices neceſſariam eſſe ciuili viro. Et ſecundum Cenſorinum affirmauit, hũc totum mundum muſica factum ratione, ſeptemq́; ſtellas inter cælum & terram vagas mortalium geneſes moderari.

Scribit Valerius Maximus, eundem Pythagoram Aegyptum petijſſe, vbi literis eius gentis imbutus præteriti æui ſacerdotum cõmentarios ſcrutatus, inde ad Perſas profectus Magorum exactiſſimæ prudentiæ ſe formãdum tradidit, à quibus ſyderum motus curſusq́; ſtellarum, & vniuſcuiuſq́; rei proprietatẽ & effectum benigniſsimè demonſtratum docili animo ſumpſit.

Archimedes vnicus ſpectator cæli ſiderumq́; (vt Cice. in Tuſc. quæſt. tradit) Lunæ, Solis, & quinq́; errãtium curſus, motusq́; Sphæræ addidit & explicuit. Meminit eius etiam Liuius & Plutarchus.

Claudianus ipſius Sphæram ita deſcribit:

Iuppiter in paruo cum cerneret æthera vitro
Riſit: & ad ſuperos talia dicta dedit,
Huccine mortalis progreſſa potentia curæ

Iam

Iam meus in fragili luditur orbe labor.
Percurrit proprium mentitus ſignifer annum
Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit
Iura poli, rerumq́ fidem legesq́ virorum,
Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.

Hipparchum propter magnam rerum cœleſtium peritiam veteres diuinorum conſiliorum compotem eſſe putauerunt. Franciſ. Petrarcha.

Plato in dialogo 7. de Republ. inter artes tertio loco Aſtronomiam poſuit, ediſcendamq́ omnibus commendauit, non tantum quod temporum mutationes, vel etiam oportunitates, & commodas rerũ gerendarum occaſiones præſentire doceat, ſed etiam quod non minus rei militari quam nauigationi, aut agriculturæ conueniat.

Idem in Timæo Dialogo ſiue de natura dicit: Planetarum tripudia & inter ſe collationes & circulorum ad ſe ipſos reuolutiones, & quales in coniunctionibus inter ſe propinqui ſint, & qui oppoſiti, & poſt quos, & ante quos è directo inter ſe, & ad nos, & in quibus temporibus ſinguli occultantur, & rurſus apparentes, timorem & futurorum ſigna, his qui conſiderare poſſunt, mittere.

Anaxagoras perpetuo in inueſtigandis abditis rerum cauſſis, & contemplatione naturæ erat occupatus, nec tantum terram, & quæ ante pedes ſunt, intuebatur: Sed cœlum quoq́ aſpiciebat, aſtrorumq́ mirabilem curſum deprehendens, de eorundem viribus multa diſputabat. Itaq́ ſciſcitanti cuidam, cur ita libenter ferret ſubdiualia peruigilia? reſpondit, vt cœli aſpectu fruar. Philo Iudæus.

Hermes ille Philoſophus, quem Græci tanto habuerunt in honore, ſcriptis ad Amonem literis, morborum cauſas in ijs, qui furore corripiuntur, & mente ſunt alienati ad ſidera, refert. Glycas.

Iarchas apud Brachmannos fuit excellens Aſtrologus, vt colligitur ex ſequentibus dictis Hieronymi ad Paulinum. Apollonius ille ſiue magus, (vt vulgus loquitur, ſiue Philoſophus, vt Pythagorici tradunt) peruenit ad Brachmannos, vt Iarcham in thoro ſedentem aureo, de curſu dierum & ſiderum docentem audiret. Scribit præterea Damis Iarcham ſeptem annulos Apollonio dediſſe, ſtellarũ ſeptem nominibus cognominatos, vt ſingulos diebus ſingulis geſtaret.

Hippocrates admonitiones & præceptiones de obſeruandis momentis orientium atq; occidentium ſiderum, præmetiendisq́; ſecuturis tempeſtatibus, ſæpè ſparſim in ſuis repetiuit voluminibus, & ſedulò iis inculcauit, quos ex ſchola alio ad exercenda, faciendaq́; opera artis ablegauit, tanquam rem magni momenti & planè neceſſariam prænoſcendis, anteuertendis, depellēdisq́; ſi inuaſiſſent, morbis.

Dioclem Cariſtium Galenus citat teſtem, qui affirmat, non recentibus ſolum ſuo tempore, ſed & veteribus Medicis obſeruationes ſiderum vſitatas fuiſſe. Et Galenus fuit Aſtrologus quod patet, lib. 3. vbi de diebus decretoriis tractat, & ex lib. Epide. 1. Vbi dicit, Medico neceſſariū eſſe cuiuſq; perſpexiſſe ſideris emerſus & occaſus: & ex ſua Mathematica, vbi ita legitur: In ſumma, Medico figura geniture accuratè diſquirēda eſt, vt de morbi qualitate iudicemus. Quēadmodum etiam pater eius eandem artem calluit. Nam hæc Galenus de patre ſcribit teſtante Antonio Fumanello, Pater meus optimus fuit Mathematicus, exercitatus quandoq; in Geometria, Arithmetica, Architectura, & Aſtronomia.

Crinam Maßilienſem Medicum, Plinius lib. 29. naturalis hiſtoriæ ſcribit ad ſiderum motum ex Ephimeride Mathematica cibos ægrotis dare, & ad id horas obſeruare ſolitum.

Auicenna Aſtronomiæ per decem annos, cum Sorzano diſcipuli operam dedit, & inſtrumenta plurima cæteris ignota ſuis parauit manibus. Sorzanus in eius vita.

Ex quibus certò ſtatuitur, non ſolum dictos Medicos operam dediſſe Aſtrologiæ, ſed etiam aliis, qui ante hos vixerunt, vſitatas fuiſſe obſeruationes ſiderum, & has neceſſarias ad artem medicam iudicaſſe.

Meton filius Pauſaniæ, qui annum Athenienſibus deſcripſit, & primus ἐννεαδεκαετηρίδα, *hoc eſt, vt nunc vſitatè loquimur, Cyclum decemnouenalem, quem aureum numerum nominamus, inuenit: cum expeditionem Athenienſium in Siciliam fore infelicem ex aſtris & Solis Eclipſi, quæ præceſſerat, deprehendiſſet, vt ſe ab illa, ſeu filium, vt alii volunt, ſubtraheret, incenſis ædibus inſaniam ſimulauit, & hoc pacto periculum euaſit. Ita & arti fidem fecit, & ſimul ſaluti ſuæ conſuluit: Nam & à principibus Reipublicæ inſanus*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nus iudicatus, & impunè dimiſſus eſt.

Et ſi Alcibiades, vt ſupra in præfatione etiam memini, Metonis conſilio obtemperaſſet, hanc expeditionem diſſuadentis, patriã in triſtem ſeruitutem ex ſumma libertate non præcipitaſſet.

Democritus Philoſophus celebris Aſtronomiæ ſtudio accenſus, ad Aegyptios ſacerdotes primum, ac inde ad Chaldæos diſcendi cauſa eſt profectus, cuius eſt iſtud dictum: Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, cœli ſcrutamur plagas.

Agathocles Rex Syracuſanus aduerſus Pœnos pugnaturus, cum Solis Eclipſi, quæ ſub diem pugnæ conſpiciebatur, tanquam prodigio milites ſuos conſternari vidiſſet, rationem qua id accidiſſet militibus expoſuit, atq; ita metum illis eximens non minus gloriæ ex huius artis cognitione, quàm rei militaris ſcientia eſt adeptus.

Iuſtinus hæc ita recenſet: Agathocles Siciliæ tyrannus ad regni maieſtatem ex humili genere peruenit, ſed manu ſtrenuus, & in cõcionibus perfacundus erat. Is expoſito in Africæ littore exercitu, cùm illum adhortationibus erigeret, perterrebat eos viſio, quod nauigantibus eis Sol defecerat, cuius rei rationem non minori cura rex, quàm belli reddebat, affirmans, ſi prius quàm proficiſcerentur factum eſſet, credi, aduerſum profecturos prodigium eſſe, nũc quia egreſſis acciderit, illis ad quos eatur, portendere. Porro defectus naturalium ſiderum ſemper præſentem rerum ſtatum mutare, certumq; eſſe florentibus Carthaginenſium opibus, aduerſisq; rebus ſuis cõmutationem ſignificari, quod illũ haud fefellit. Nam victoriã à Carthaginenſibus adeptus eſt, interfecto ipſorum duce Hannone.

Nicias Athenienſium dux, vt Plutarchus ſcribit, militibus imperauit, vt ſe ad nauigandum expedirent. Cum autem iam omnia ad nauigandum parata eſſent, noctu forte Luna defecit, ex quo vehementer Nicias omnesq; milites turbati ſunt, cum propter cauſarum ignorationem malum aliquod ſibi portendi arbitrarentur. Solem enim circa trigeſimam à coitu diem, Luna interueniente obſcurari, tum etiam multi ſciebant: cur vero Luna luce deſtitueretur, ignorabatur.

Primus aũt qui Lunaris luminis atq; vmbræ cauſam deprehendit, ac literis mãdare auſus eſt Anaxagoras fuit, cuius opinionis fa-

ma inter paucos etiam prodierat, qui etiã non ſine metu talia profer re audebat. Nam homines ſermones de rerum natura non facilè admittebant: ſed eiuſmodi ſtudijs deditos inani labore tempus conterere, & numen diuinum quibuſdam neceſſitatibus, & terminis circumſcribere arbitrabantur.

Itaq; & Prothagoram Athenis pulſum fuiſſe conſtat, & Anaxagoras in carcerem ductus, vix à Pericle, quamuis maxima contentione ſeruari potuit: & fortè ita caſus tulit, vt nullum tum peritum vatem apud ſe Nicias haberet. Stilpides enim, cuius opera & conſilio plurimum vtebatur, paulò ante interierat, & Philocratis interpretationi de Eclypſis prædictione, quam illi fauſtam fore affirmabat, credere nolebat: Itaq; ſi Nicias Aſtrologi & vatis, quem paulò antè amiſerat, conſilio vti potuiſſet, aut Philocrati Aſtronomo nauigationem conſulenti obtemperaſſet, ipſe & exercitus in tantas calamitates non incidiſſet.

Lycurgus Rex Lacedæmonijs omnem Reipub. adminiſtrationem è cælo temperabat, ac legem illis dedit, ne quando in bella prodirent ante plenilunium: non enim exiſtimabat eandem eſſe ciuitatis adminiſtrationem creſcente Luna & euaneſcente, propterea, quod omnia ab illa regerentur. Veteres etiam maximè diuinationibus vtebantur, nec eam artem ocioſam eſſe putabaut, adeo vt nec vrbes conderent, nec mœnia circumducerent, priuſquam de ſingulis à vate reſponſum accepiſſent. Ita poſtea Lacedæmonij Lycurgi admonitione ducti, nullos niſi Mathematicos Regibus aſſeſſores attribuerunt, nec vnquam niſi obſeruatis Lunæ curſibus, ſiue cõſultis aſtris, in expeditionem egredi auſi ſunt. Deniq; nec ipſa Deorum oracula ab arte Aſtrologica erant aliena. Verùm apud Delphos virgo prædicendi munus adminiſtrabat, cæleſtem illam virginem repræſentans. Hæc Eraſm. Roterodamus in tractatu de Aſtrolog. cuius de ea eſt hæc ſententia. Cælum quidem ſuo motu volui, cæterùm obiter eius motus effectum ad nos peruenire, neq; quidquam vaticinio mutari poſſe eorum, quæ ab illis ad nos dimanant, & fatis decreta inſtãt. Hanc verò vtilitatem afferre vtentibus, vt bona multò antè delectent eos, quæ ventura præſcierint: mala verò facilè, cum non imprudentibus obuenerint, accipiantur: neque enim in illos irruũt, ſed

quia meditata expectataq́; ſunt, leuia mitiaq́; videntur.

Et Lacedæmonij in omnibus non ſolùm publicis negotijs, ſed etiã priuatis actionibus priuſquam aliquid auſpicarentur Lunam ſuperſtitioſè obſeruabant, id quod notat Euripides, cum in Iphigenia Aulidis reſpondet Agamemnon, tum nupturam filiam, cum Lunæ dexter circulus aduenißet.

Numa 2. Rex Romanorum ordinauit 12. menſes, vt Fuluius & Sext. Aurel. Victor ſcribunt. Iunius verò vult hoc factum eſſe à Tarquinio: Siue Numa, ſiue Tarquinius huius ordinationis auctor fuerit, hoc tamen conſtat, ambos fuiſſe reges Romanorum, & ſine exacta motuum cœleſtium doctrina neutrum id præſtare potuiſſe.

Papyrius curſor Cõſul Rom. Solarium primum fieri fecit, vt Plin. lib. 7. cap. 60. refert, vnde illum Aſtronomiæ peritum fuiſſe conſtat, hisq́; in artibus excelluiſſe.

Marium & Octauium conſules Chaldæis operam dediſſe, Plutarchus ſcribit, & de ijs hæc commemorat. Octauium Chaldæi ac vates quidam ſuis perſuaſionibus Romæ detinuerunt, tanquam ibi manere & nuſquam diſcedere operæpretiũ eſſet. Hic vir cum inter alia obſeruãtiſsimus Romanarum legum eſſet, & præſertim formã Conſulatus circa mores patrios ac leges, tanquam ad præſcriptum immobiliter cuſtodiret, imbecillitate quadam Rempub. gubernauit, quia plurimum temporis per præſtigiatores & vates potius, quàm per viros in Republ. & in re militari verſatos imperium adminiſtrauit.

Hunc priuſquam Marius aduentaret, à ſuggeſto diuulſum, & vulneribus confoſſum, præmißi milites trucidarunt. Fama eſt, diagramma Chaldaicum in ſinu eius repertum fuiſſe.

Hæc res multum admirationis in ſe habuit, quod ex duobus clarißimis Imperatoribus Marius, qui vaticinia non contemnebat ſecundas res habuerit: Octauius verò mortem obierit.

Caius Iulius Cæſar peritus huius artis annum inſtituit, quo nos hodie vtimur, qui Iulianus appellatur de conſilio Soſigenis Mathematici, quem Alexandria Romam, eam ob cauſam deduxit.

Sabellicus de eo ſcribit, quod etſi intempeſtiua conuiuia aßiduè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

cum Cleopatra celebrauerit, tamen per id tempus aſtrorum cognitioni vacauerit, breuiq́; ita profecerit, vt Romam reuerſus Pontificum correxerit faſtos, annumq́; ad eam intercalationis formã conſtituerit, quo hodie vtimur.

Et Lucanus aliquoties eius peritiam in hac arte celebrat, præſertim in conuiuio Cleopatræ, vbi Cæſar alloquens Achoræum ſacerdotem Aegyptium ait:

Fama quidem generi Pharias me duxit ad vrbes,
Sed tamen & veſtris media inter prælia ſemper
Stellarum cœliq́; plagis, ſuperisq́; vacaui,
Nec meus Eudoxi vincetur faſtibus annus.

Nuper etiam editi ſunt à me verſiculi, in quibus Cæſar de ſeipſo ita loquitur:

Quis fuerim, ſcriptis monumenta relicta loquuntur
Quæq́; manu geſsi bella, legenda dedi.
Nec ſatis hoc, etiam cœlum ſcrutabar & aſtra,
Hinc meus æternum permanet annus opus.

Firmicus ſcribit, Iulium Cæſarem paucos verſus de inſtitutione Aſtrologiæ edidiſſe, & hos de alieno opere mutuatum eſſe.

Ciceronem quoq́; principem ac decus Romanæ eloquentiæ, ne quid intentatum relinqueret, quod non diuinum eius ingenium eſſet aſſecutum, verſibus Heroicis ait de Aſtrologica inſtitutione reſpondiſſe.

Caius Caſsius præcipuus ex Cæſaris interfectoribus, etiam harũ artium amator fuit. Nam Aſtrologos circa ſe in caſtris habuit. Et ſcribit Appianus de eo: Cum Romanorum exercitus Parthorum ſagittis cæſus eſſet: Caſsius verò reliquias ad ſeſe fugientes ſeruare conaretur, Chaldæus illum admonuit, vt tantiſper tempus protraheret, dum Luna Scorpione decurſo Sagittarium attigiſſet: tunc ille, Sagittarium magis metuo quam Scorpionem.

Octauius Auguſtus, tantam fidem arti Aſtrologicæ habuit, vt Thema ſuum vulgauerit, nummosq́; argenteos nota ſideris Capricorni, quo editus eſt, cudi fecerit, deſcriptumq́; ſtellarum ordinẽ, ſub quibus natus erat, palam omnibus oſtenderit.

Q. Horatius Flaccus ad Mœcenatem intimum Auguſti amicum lib. 2. Od 1. ita ſcribit: Etiãſi me Libra, ſeu formiduloſus Scorpius

ſiue

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſiue Capricornus aſpiciat: noſtra tamē natalis hora incredibili modo conſentit. Vnde apparet, tam Mæcenatem, quam Horatium artis Aſtrologicæ amantes & non ignaros fuiſſe. Propertius de Mæcenate ita ſcribit: Mæcenas eques Hetruſco de ſanguine regum.

Tiberius Cæſar eius nominis primus, circa Deos & religiones negligentior eſt habitus ob ſtudium Mathematices, cui teſtante Suetonio fuit addictus, & propter ſtellarum cognitionem vates euaſit exercitatiſsimus, teſte Dione.

Et vt Zonaras ſcribit cum & ipſe diuinationis ex ſideribus peritiſsimus eſſet, & Thraſyllum virum in Aſtrologia ſummum, ſecum haberet, quid & ſibi & filijs Auguſti Caio & Lucio euenturum eſſet, præſciuit.

Caio Caligulæ Germanici filio, cum Tiberio nepote ſuo rixanti dixit: Tu ipſum occides & alij te, quaſi certò præſciret, illa ſic euentura.

S. Paulus Apoſtolus, 1. Corinth. 15. ſcribit: aliam claritatem Solis, aliam eſſe Lunæ, & aliam claritatem & ſplendorem ſtellarū, & ſtellam à ſtella differre in gloria, ex quibus colligitur, S. Paulum non ignoraſſe differentias ſplendorum & claritatum ſtellarum, & alias alijs dignitate & gloria præcellere.

Virgiliu dilectus ab Auguſto Cæſare, ſyderum rationem ediſcendam eſſe præcepit, admonens obſeruandum frigidæ Saturniæ ſtellæ tranſitum, vt Plinius de eo tradit: ergo & Vergilius in aſtrorum ſcientia verſatus fuit, vt ex eius opere, quod Georgicon inſcripſit liquidius conſtat, vbi inter alia hæc ſcribit:

Ipſa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum.

Ouidius Aſtrologiæ pcepta intellexit, quod cōſtat ex his verſibus:

Natus es infelix, ita Dij voluere, nec vlla
Commoda naſcenti ſtella leuisq; fuit.
Non Venus affulſit, non vlla Iupiter hora.

Germanicus Cæſar vertit Arati Solenſis phænomena & prognoſtica, ac addit commentaria, quemadmodum & M. Tullius Cicero, vt à S. Hieronymo obſeruatum eſt, & verſiones eorum aliqua ex parte adhuc extant.

Vnde

Vnde liquet Ciceronem & Germanicum rerum cœleſtium amatores, & motuum ac virium aſtrorum peritos fuiſſe. Ait etiam in lib. de fato: Aſtrologorũ decretum eſſe: Qui Canicula oriente naſcitur, illum non periturum mari. Quod etiam conſtat de Cicerone ex libro, qui Somnium Scipionis inſcribitur, vbi orbium cœleſtium & planetarum motum ſuccinctè recenſet: & alibi, ſenſuum vim & intelligentiam, aſtrorum ordinem, atq; conſtantiam eorum declarare ait, & ex hoc motu conſeruationem & ſalutem omnium oriri diſſerit: de quo poſteà in fine huius Cathalogi prolixius.

Idemq; Cicero in libro de natura Deorum ait, quod errantes ſtellæ tum occultantur, tum rurſus aperiuntur: tum abeunt, tum recedunt: tum antecedunt, tum ſubſequũtur, tum celerius mouentur, tũ tardius, & ad quoddam tempus inſiſtunt.

Idem in libro de Diuinatione, Quod Aſtrologi volunt, cum ſtella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum ſalutaris ſit, Saturni, Martisq; contraria: Ex quibus liquidius adhuc patet, Ciceronem Aſtrologiam calluiſſe, & eius præcepta intellexiſſe.

Claudius Imperator, præuidit ſuo natali die defectionem Solis futuram: veritus igitur ne tumultus eam ob cauſam excitaretur, ſcripſit aliquanto antè, non ſolum defectionem Solis futuram, & quando quantaq; eſſet futura: ſed etiam cauſſas, propter quas id eſſet neceſſariò euenturum docuit.

Veſpaſianus Imperator ſuam ſuorumq; genituram ac fata optimè calluit, de quo infrà.

Titus Veſpaſiani Cæſaris filius, & in Imperio adminiſtrando ſucceſſor, Aſtronomiæ etiam obſeruantiſſimus fuit, & eam præcipuè partem, quæ in reuoluendis genituræ ſupputationibus occupatur, percalluit. Duos perduellionis accuſatos, quod in ipſius necem, vt imperium inuaderent, conſpiraſſent, vt ab eo incepto deſiſterent, blandè ac comiter admonuit: dicens principatum non hominum prudentia, aut potentia acquiri, ſed fati benignitate concedi, cognitaq; vtriuſque genitura, imminere ambobus periculum pronunciauit, & ſibi exitium breui affuturum: Quæ prædictiones euentu non caruerunt. Sueton.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

*Plinius 2. clarus ſub Veſpaſiano, ad quem is ante lucem conſultan-
di cauſa ſolebat ire Meſſanæ claſſi præfuit, non procul inde ab Aet-
na ſuffocatus, ſiderali ſcientia præditus fuit, vt hæc ſequentia ab i-
pſo ſcripta teſtantur. Partibus ſignorum ſuavis ineſt: Nam autu-
mnale æquinoctium, brumamq;, cum tempeſtatibus conficere ſidera
intelligimus: afflantur alij alio ſidere, & commouentur ſtatis tem-
poribus aluo, neruis, capite & mente. Et vt Solis natura temperan-
do intelligitur anno: Sic reliquorum quoq; ſiderum propria eſt cu-
iuſq; vis, & ad ſuam cuiq; naturā fertilis, ita vt in ſuo quoq; motu
naturam ſuam exerceat, quod manifeſtum eſt in Saturni maximè
tranſitu, imbres faciente. Nec meantium modò ſiderum hæc vis
eſt, ſed multorum etiam adhærentium cælo, quoties errantium ac-
ceſſu impulſa, aut coniectu radiorum extimulata ſunt.*

*Adrianus Imperator non tantum alijs artibus operam dedit,
quæ in omni vita neceſſariæ videntur, verumetiam Matheſi & A-
ſtrologiæ. Itaq; ſingulis annis & diebus ſibijpſi ex arte prædictiones
Aſtrologicas præſcripſit, easq; illo anno, quo è vita emigrauit, vſq;
ad eū menſem tantum ſcripſit, quo deceſſit: ea re ſe menſem illum
nō tranſgreſſurum eſſe oſtendens: vt Valerius Maximus & Ae-
lius Spartianus literis prodiderunt.*

*Idem de Vero, quem adoptauerat, ſæpè dixiſſe fertur: Oſtendent
terris hunc tantum fata, nec vltra eſſe ſinent, indicans & prædicēs
illum breui moriturum.*

*M. Antonius Imperator, cognomento Philoſophus, propter ſtu-
dia omnium artium dictus, ſiderum curſus conſiderandos eſſe aie-
bat: propterea quod nos eos comitaremur. Hunc Bened. Curt. inſignē
fuiſſe Aſtronomum ſcribit.*

*Lucius Septimius Seuerus Pertinax, peritiſſimus Aſtrologiæ
fuiſſe ſcribitur, idq; hiſtoriæ eius infrà recitatæ oſtendunt.*

*Varro, vt Plutarchus annotauit, etiam harum artium amator
fuit. Nam Taruntium nobilem Mathematicum & Aſtrologum
iuſſit Vrbis Romæ, & conditoris diem & horam natalem deſcribere,
inſpectisq; Romuli vitæ inſtitutis ac rebus geſtis ex illis conſequen-*

tia colligere, eiuſdem enim contemplationis, atq; artis eſſe exiſtimabat. Cognito conceptionis tempore vitam prædicere, & , Percepta vita, ex ea procreationis tempus ratiocinari: & vrbis fortunam, veluti hominis, proprium habere arbitrabatur tempus, quod ex prima origine, ad aſtrorum ortus obſeruatur.

Et Taruntium quidem ſuſcepiſſe ait munus à Varrone impoſitũ, ac perſpectis Romuli ingenio & moribus, rebusq́; geſtis, tum vitæ tempore & mortis genere, hisq́; omnibus in vnum collatis, valde fidenti animo oſtendiſſe, Romulum primo anno 2. Olympiadis à matre fuiſſe conceptum 23. die menſis Decembris hora tertia, qua Sol defecit: in lucem editum menſe Septembri ad XII. Calen. ſequentis menſis circa ortum Solis: Vrbis verò Romæ fundamenta ab illo iacta, quinto Idus Menſis Aprilis inter 2. & 3. eius diei horam.

Cicero eadem hæc de Taruntio in libro 2. de Diuinatione commemorat. Titus Taruntius familiaris noſter, imprimis Chaldaicis literis eruditus, vrbis etiam noſtræ natalem diem repetebat ab ijs partibus, quibus eam à Romulo conditam accepimus, Romamq́; cum eſſet in iugo Luna, natam eſſe dicebat, nec eius fata canere dubitauit. Alij affirmant Solem cum Mercurio, & Venerem in Tauro, in Piſcibus Iouem, in Scorpione Saturnum cum Marte fuiſſe.

Solinus cap. 2. ſcribit Romam ædificari cœptam 21. die Aprilis inter ſecundam & tertiam, ſecundum obſeruationem inſignis Aſtrologi Taruncij Ioue exiſtente in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte & Mercurio in Scorpione, Sole verò in Tauro, & Luna in Libra, in principio ſeptimæ Olympiadis, anno poſt excidium 433. quem annũ à condito mundo fuiſſe Bucholcerus & Cransheimius affirmant 3220.

Varronem proprium librum conſcripſiſſe de Aſtrologia, in quo ſtellam à ſtando vult dictam, affirmat Aurelius Caſſiodorus.

Alexander Cæſar Matheſeos peritus, Aſtrologis primò in Italia ſalaria & honores decreuit, publicamq́; prælectionem huius ſcientiæ fieri curauit.

Hippolytus Epiſcopus & Martyr primo inſtituit & deſcripſit circulum Paſchalem, quomodo is ex Lunæ motu, & aureo numero col-

colligi poſsit, poſt natum Chriſtum 228. Vt Iſodorus teſtatur, quod ſine excellenti huius artis ſcientia perficere non potuiſſet.

Synodus Nicena, quæ celebrata eſt poſt annum Domini 325. vel vt quidam 330 negotium dedit Euſebio Cæſarienſi, vt adhibitis Alexandrinis Mathematum peritiſsimis, Cyclum & aureum numerum diſertè deſcriberent, quem poſteà Theophylus Alexandriæ Epiſcopus rogatu Leonis Papæ lucidiùs expoſuit: Vnde conſtat etiam patres has artes amaſſe, & iudicaſſe eas vtiles eſſe tàm in Eccleſia quàm in Republica. Abſq; harum enim cognitione, feſta mobilia, fixa, verum tempus Paſchatis, aut Reſurrectionis domini & litera dominicalis ſciri non poſſunt.

Conſtantinus Magnus die XI. menſis Maij vrbis Conſtantinopolitanæ à ſuo nomine dictæ diem natalem ac dedicationem celebrauit, &, vt quidam ſcribunt, Valentem Mathematicum eius artis principem, natalitium thema, vrbis conſtituere iuſsit, vt cognoſceret, quot annos vrbs illa duratura eſſet: Reſpondit ille ſexcentos nonaginta. Sed qui anni intelligendi ſunt ad ea vſq; tempora, quibus inſtituta Reipub. & ſtatus conſeruabãtur, vt Zonaras arbitratur.

Conſtantinus quartus Cæſar lib. 1. cap. X. de agricultura dicit: Obſeruandam eſſe Lunam, in qua domo circuli Zodiaci exiſtat tũc, cum primum tonitru auditur. Ergo & hic aſtrorum influentias intellexit.

Iulianum Imperatorem Aſtrologiæ peritum, & impensè vt Ethnicum, deditum fuiſſe, acta eius & epiſtolæ teſtantur, præſertim ea quam ad Iulianum auunculum ſcripſit, poſtquam in Imperatorem electus & Conſtantinus mortuus erat. Viuimus Deorum beneficio liberati ab extremis malis patiendis, vel faciẽdis, teſtis eſt mihi Sol, cuius auxiliũ opemq; imprimis popoſci, teſtis Iupiter, quod Conſtantinum occidere nunquam cogitauerim.

Mauortius Lollianus, fuit Conſul & Proconſul deſignatus, & totius Orientis gubernator ſub Conſtantino. Is fuit Aſtrologiæ deditus, vt conſtat ex epiſtola Firmici ad illum: Cum eſſes in Campaniæ faſcibus conſtitutus, ad me primum in has oras Siculas, ad ea potiſsimum ſtudia, quibus ab ineunte ætate vterq; noſtrum deuinctus erat ſuauiſsimè diuertiſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Aurelius Caſsiodorus Senator Romanus Aſtrologiæ non ignarus fuit, vt ex eius operibus conſtat. Nam proprium tractatum de Aſtronomia edidit. Scribit etiam, quòd Ptolomæus Canones quibus curſus aſtrorum inueniantur, inſtituerit, ex quibus Solis Eclypſes, & Lunæ curſus qua ratione fiant, aduertere non videtur abſurdum: alia quoq; ex his non deſpicienda commoditas capitur, ſi opportunitatem nauigationis, ſi tempus aſcẽſuum, ſi æſtatis Caniculam, ſi autumni ſuſpectos imbres inde diſcamus. Dedit enim Deus vnicuique creaturæ ſuæ aliquam virtutem.

Bardas Cæſar Conſtantinopolitanus, ordinauit ſtipendia lectoribus bonarum artium, & præſertim Leoni Mathematico & Aſtrologo, quem ſummè propter eius artis peritiam dilexit.

Boethius Seuerinus Patricius Romanus, vir ſanctiſsimus & Chriſtianus, à Theodorico Gotthorum Rege interfectus, quaſi per προσωποποιΐαν *ipſam philoſophiam alloquitur, conſolationis cauſa, in ſuo exilio, his verbis: Talis tuus habitus, talisq; vultus erat, cum tecum naturæ ſecreta rimarer, cum mihi ſyderum vires radio deſcriberes, quumq; mores noſtros totiusq; vitæ rationem ad cæleſtis ordinis exemplar formares, ex his patet, hunc excellentem virum Aſtrologiæ peritum fuiſſe.*

Cenſorinus opuſculum edidit de die natali, ad Q. Cerellium. Vbi Chaldæorum rationes de tempore partus explicauit, ac de Zodiaco & aſpectibus nonnulla addidit, mentionem etiam faciens annorum Climactericorum ex ſua & aliorum ſententia. Ex quibus ſatis liquet, illum Aſtrologiæ operam nauaſſe.

Auſonius vir Conſularis Burdegalenſis, ordine recenſet in ſuis carminibus ſigna cæleſtia, Planetas & dies à Planetis de nominatos, & rationem vertentis anni, quare non ignarus fuit rerum cæleſtium.

Theodoſius iunior fuit literarum non imperitus, & cùm in alijs Mathematicis libris verſatus tùm Aſtronomiæ non ignarus. Zonaras.

Choſroes Rex Perſarum motuum aſtrorum peritus fuit, & futurarum præſcientia gloriabatur. Vt Zonaras de eo ſcribit, & ad-

dit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

dit eum, cum à Romano duce ſalibus inceſſeretur dixiſſe, niſi tempori ſeruiendum eſſet, non auderes dux magnum Regem ſalibus inceſſere, audito quid in futurum dij conſtituerint, ſcito res aduerſas ad vos Romanos redituras, & gentem Babylonicam triplici annorum circuitu Romanam ditionem obtenturam: poſt illud autem vos Romani quintum Septenarium annorum Perſas ſeruitute premetis. His peractis dies ſine veſpera hominibus illuceſcet.

Cedrenus de hoc rege ſcribit, illum reſponſionem talem legatis Heraclij dediſſe, ſe nolle illis pacem dare, antequam crucifigerorum Deo renunciarent, & Solem adorarent. Hic ſtellas pro Deo coluit.

Dionyſius Abbas annis circiter 200. poſt Synodum Nicenam Cyclum Alexandrinum, cuius auctor fuit Meton Athenienſis, vt ſupra dixi, menſibus Romanis intulit, atq; emendauit, circa annum domini 532. Vnde ſequitur, ipſum harum artium peritiſſimũ fuiſſe.

Aquila Rabbi Akilæ diſcipulus ſecundus, poſt 70. diuinorũ voluminum Græcus interpres, vir vtriuſq; Matheſeos peritiſſimus, & ob id Hadriano Auguſto charus, à quo etiam conſtitutus eſt præfectus operum ad extruendam vrbem Hieroſolymam: cum in ea Euangelium prædicarent, baptizatus eſt, ſed cum nimium Genethliacis intentus quotidiè geniturarum poſitiones inſpecto naſcentium Horoſcopo deſignaret, atq; ob id à patribus increpatus nõ deſiſteret, ſed potius ſe eis contumelioſè opponeret & defendere vellet, ab ipſis excluſus eſt. Ergo & tunc temporis fuerunt Chriſtiani, qui Aſtrologiã exercuerunt & defenderunt: Vt ſequẽtia exẽpla etiam teſtãtur.

Victor Capuanus Epiſcopus fuit Aſtronomus excellentiſſimus, qui floruit circa annum Domini 480.

Eugenius Toletanus Epiſcopus, qui Concilio quinto, in eo loco habito præfuit, Aſtrologiæ ad miraculum vſq; peritus fuit, vixit poſt Chriſtum natum anno 637. Curio.

S. Hieronymus vertit Arati etiam Phænomena & Prognoſtica vt multi alij, ex quibus ſtatuitur, rerum cœleſtiũ, & illarum motuũ ipſum amatorẽ fuiſſe, & horũ motuũ doctrinã vtilẽ in eccleſia eſſe.

D. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, ſtellarum vires & influentias earum optimè calluit. Nam lib 4. Hexamerõ, hæc de Luna commemorat. Similia de Lunæ ratione conueniunt, quæ de cõ-

ſorte eius, ac fratre, ſcilicet Sole, memorauimus: Siquidem in id ſe induit miniſterium, in quod & frater, vt illuminet tenebras, foueat ſemina, augeat fructus. Habet etiam pleraq; à fratre diſtincta, vt quem tota die calor humorem terræ ſiccauerit, eundem exiguæ noctis tempore ros reponat, nam & ipſa Luna larga roris adſeritur. Deniq; cum ſerenior nox eſt, & Luna pernox, tunc largior ros fertur arua perfundere, & plerique ſub aëre quieſcentes quo magis ſub lumine fuiſſent Lunæ, eò plus humoris, ſe capite collegiſſe ſenſerunt: Vnde & in Canticis dicit Chriſtus ad Eccleſiam: Quoniam caput meum repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis. Tum deinde minuitur & augetur, vt minor ſit cum reſurgit noua, & cum ſit imminuta cumuletur, in quo grande myſterium eſt: Nam & defectu eius compatiuntur elementa & proceſſu eius, quæ fuerint exinanita cumulantur, vt animantium cerebra, maritimorum humida: Siquidem pleniores oſtreæ reperiri feruntur, multaq; alia cum globus Lunaris adoleſcit.

His conſentanea Baſilius Cæſareæ Cappadociæ antiſtes in ſexto Hexamerôn ſcribit, dicens: opinor autem, quod & animalibus creandis, cæterisq; omnibus, quæ terra producit non parua confertur, ex Lunæ mutatione, formatio: modò enim laxiora eorum corpora videntur & vacua, cum ſeneſcit: modò integra & repleta, cum creſcit, quoniam humorem quendam cum calore commixtum interius his latenter infundit: quod ita eſſe, demonſtrant hi, qui ſub dio dormientes lucente Luna poſtquam ſurrexerint, inueniunt capita ſua largiſsimo rore madentia: Sed & recentes carnes, ſi ſub Luna iacuerint fluida mox putredine corrumpuntur. Idemq; ſignificat pecorinum cerebrum, vel etiam viſcera marinorum animalium, quæ ſunt humectiora, nec non arborum medullæ. Et paulò pòſt: Sed aëris motus iiſdem ipſis commutationibus continetur, Sicut Lunæ nouitas atteſtatur, quæ ex longa plerunq; ſerenitate ſubitò nubium glomerationes & perturbationes exuſcitat, &c. Ex quibus colligitur hũc antiſtitem etiam cœleſtium corporum effectus & viciſsitudines intellexiſſe.

Ioannes Damaſcenus cap. 7. enarrat quod Zodiacus oblique moueа-

neatur, & quod in 12. diuiſiones ſit ſectus, quodq́; cœlum habeat partes 360. & domos Planetarum recenſet, ac etiam aſtris vim tribuit in ſignificandis imbribus, frigoribus, caliditatibus, humoribus, ventis & ſimilibus.

Beda Venerabilis Presbyter & Monachus Anglosaxo, Græcè non minus quàm Latinè peritus, poëta, Rhetor, Theologus & Aſtronomus excellens fuit, vt conſtat, ex eius operibus in quibus ad motũ planetarum inueniendum, canones tradidit. & computum eccleſiaſticum edidit.

Abraham Eſdræ filius, quem Hebræi Aben Ezra, cognomine ſapientem vocant, natione Hiſpanus, Aſtrologus & Theologus magnus ſcripſit in totum vetus Teſtamentum, moritur in Rhodo anno Domini 1217. Sixtus Senenſis.

Aquinas in 2. de generatione, propè finem dicit, cum Planetæ in periodali circuitu erunt fortiores, plures dabunt annos, & cũ debiliores, pauciores, & ſi quis ſignorum & ſtellarum in illis poſitarum ſciret virtutem, de tota naſcentis vita prædicere poſſet, ergo & Aſtrologiam Aquinas intellexit & vim aſtris non minimam tribuit.

Multi Cardinales fuerunt excellentes Aſtrologi inter quos præcipui. Ioannes de Saluiatis, Nicolaus Cuſanus, Petrus Alliacus Epiſcopus Cameracenſis, Cancellarius Pariſienſis Gymnaſij, Aegydius Columna & multi alij.

M. Valerius Maximus, Sacerdos multiplici doctrina & eloquentia clarus, à nulla re niſi ab Aſtrologiæ ſcientia commendari nominis ſui memoriam poſteris voluit, in monumento, quod ſibi & vxori Mediolani poſuit.

Alphonſus X. electus Romanorum Imperator, Rex Caſtiliæ & Legionis, maximè Aſtrologiam coluit, & vnus ille extitit, qui numerorum & cœli motuum ſcientiam ex orco veluti in vitam reduxit: in tabulas Mathematicas Toleti computatas quadraginta aureorum millia erogauit, plurisq́; fecit cœleſtium rerum cognitionem, quàm Romani imperij adminiſtrationem, & plus ex ea gloriæ ſe cõſecuturum, quàm ex imperij adminiſtratione exiſtimauit. Cario lib. 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

*Carolus Magnus cùm cæteras Philoſophiæ partes, tùm verò im-
primis Aſtrologiam atq; doctrinam de motibus & viribus corporũ
cœleſtium didicit à præceptore ſuo Alcuino. Nam & Ephemerides
eum computaſſe ſcribunt: & anni menſibus, & ventis nomina impo
ſuit, quorum aliqua vſus hucvſq; retinuit, & vt venationibus de-
ditus fuit, cum foris eſſet, ita domi aſtrorum contemplatione ſtudio-
sè delectabatur. Cario.*

*Leopoldus Epiſcopus Friſingenſis, natus dux Auſtriæ, edidit de
hac arte proprium volumen, & normam tradidit iudicandi de figu
ris natiuitatum.*

*Perſicus Rex per Abdellam legatum ſuum inter cætera munera
miſit Carolo Magno Padebornam verſus in Saxonia ſitam, Ho-
rologium Planetarum mira arte fabricatum, quod ſonitu tintin-
nabuli horas diſtinxit & indicauit. Quod præcipuè Carolus eſt ad-
miratus. Vnde conſtat & colligitur, non ſolum Carolum amatorem
artis Aſtrologicæ, ſed etiam regem Perſicum non inſcium cœleſtium
effectuum fuiſſe.*

*Henricus infans Portugaleiæ, Mathematicus inſignis, nouas ter
ras Aſtrologico ſuo ſtudio & induſtria reperit. Cario.*

*Leo V. Græcorum pijſſimus Imperator, Philoſophus, quod literis
& Aſtronomiæ præſertim eſſet deditus, cognominatus eſt.*

*Andronicus Maior Palæologus, Imperator Conſtantinopoli-
tanus, etiam huic arti operam dedit: Nam cum equus pictus hin-
nitum nocte intempeſta ederet, Logothetam ſibi à conſilijs inti-
mum & Aſtrologum conſuluit, quidnam iſte inſolitus picti equi
ſonitus portenderet. Logotheta Aſtrologicam figuram deline-
auit, ex qua poſitus ſyderum, & prænotiones futurorum indaga-
uit, hoſtiúmq; aduentum & imperij confuſionem, nec non Impe-
ratorij principatus diſcrimen prænunciauit. Et domum tendens
Logotheta, mærore cõturbatus, querens vxori & liberis dixit: Im-
minet grauis hoſtium impreſſio nobis, ſiue terra, ſiue mari aduentã-
tium: ſed quorum neſcio, qui nobis grauiſſimas clades importabunt.
Hæc Nicephorus Gregoras ſcribit, qui iſta ex Logotheta ipſo audi-
uit, quem vt fratrem dilexit, & à quo Aſtronomicam diſciplinam
didi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

didicit: quam ſolus eo tempore perfectiſſimè calluit. Paulò pòſt vrbs Conſtantinopolitana ab Andronico nepote maioris ſuperata, Senior Andronicus primò imperio exutus, pòſtea in monaſterium detruſus, cæcus factus, ac elapſis duobus annis mortuus eſt: Logotheta autem omnibus bonis ſpoliatus, ad perpetuum carcerem damnatus eſt. Sicut antea imperatori, Vrbi & ſibi hæc euentura ex aſtris præuidens, denunciarat. Bona autem, quæ ob imminens periculum amicis conſeruanda dederat, ſcedula, in qua erant ſcripta, inuēta, omnia ad manus aduerſariorum peruenerunt, hæredibusq́; nihil ex his relictum fuit.

Idem Nicephorus in oratione funebri magnum Logothetam ita laudat: Hic fuit qui magnum impendit ſtudium, ne Græci impoſterum eruditi in iudicio veterum ſapiētum hallucinarentur: hic fuit, qui contemplatricis ſyderum ſapientiæ ſcientiam, facilem reddidit.

Andronicus Iunior, Imperator Conſtantinopolitanus in ſtuporem incidens, cum tertio die paulatim ſe recreauiſſet, Imperatricem hortatus eſt, ne ploraret, ſimulq́; medicorum opem inquiſiuit, & ad Nicetam miſit, vt ipſe ſcribit, quærens nunquid cœleſtia numina iuuarent, & non impedirent medicæ artis conatus & experimenta: Ergo & Andronicus maior & minor, & Nicetas cœleſtium luminarium effectus edoctus fuit.

Nicephorus hæc de ſe lib. 8. ſuæ hiſtoriæ refert: Mentionem intulit Imperator de Aſtronomia & cœleſtibus orbibus & ſtellarum tàm errantium, quàm fixarum motibus, vt mihi pro ſua erga me beneuolentia diſſerendi occaſionem ſuppeditaret. Ego verò eam diſciplinam magnopere collaudans, quod & mentis oculos mihi repurgaſſet, & cæteras omnes diſciplinas quaſi viuis coloribus exornaſſet, quæ ſine his reuerà nihil niſi rudia lineamenta eſſent.

Mahometes ſecundus eius nominis Turcarum Imperator, aſtrorum præcipuè obſeruator fuit, ita vt omnia acta, agendaq́; ad eorum curſum inſtitueret, ac referret, teſte Marino Baclero, Vnde illum fructum tulit, vt duo imperia Conſtantinopolitanum & Trapezuntium ſubegerit, regna duodecim rapuerit, vrbes 200. occupauerit: Quemadmodum figura eius natiuitatis inſignem felici-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tatem & multiplices victorias deſignat, vt artem intelligentibus videre licet.

Manuel Commenus Imper. Conſtantinopolitanus Aſtrologiæ peritiſsimus multos ſibi, & imperij annos ſpopondit: annos vixit 60. imperauit 38 Et Nicetas ſcribit, cum Manuelis coniunx Imperatrix partui vicina eſſet, ſua præſentia Imperator coniugem ſubleuauit & ſolatus est, magis tamen in ſtellas & punctum edendi fœtus animo intentus. Nato autem filio, cui nomen Alexius, prædixerunt Aſtrologi, eum diuitem fore atq; vnigenitum, & paterni imperij ſucceſſorem, quod & euenit.

Alio loco ſic de eo ſcribit: Neſcio quomodo plurima & maxima quæq; negotia, quæ arbitratu Dei ſecundos, vel aduerſos exitus ſortiuntur ad aſtrorum circuitus, ac certos poſitus & progreſsiones. Manuel referebat, & decreta aſtrorum pro oraculis excipiebat. Nam potentibus ferè omnibus, tùm noſtræ, tùm ſuperioris ætatis placitum eſt, ſtellarum progreſsiones, & retroceſsiones, cæterosq; poſitus, configurationes, acceſſus, receſſus, cæteraq; ad felicitatem, humanosq; caſus valere.

Alexius Anglus Imperator Orientalis, aſtrorum amator fuit, ſic enim Nicetas in eius geſtis ſcribit: Cum ſeſe in Blacharnas conferre vellet, tempus incommodius obſtitiſſe (nam eius temporis Imperatores nec minimam mutationem aſtris inconſultis inſtituerunt) Itaque primam ieiuniorum hebdomadam in magno palatio haud ſanè volens permanſit: vt verò dies ſextus ad migrationem non erat incommodus, præſertim ſi à ſummo mane fieret, diluculo ante ſolis ortum tranſire Blacharnas inſtituit. Solum ante imperatorium cubile vltro ſeipſum profundè dehiſcit, atq; id periculum mirabiliter Imperator euaſit.

Robertus Siciliæ Rex, in Aſtrologia adeò diligenter & peritè verſatus est, vt quid aduerſi, vel ſecundi aſtra protenderent certiſſimè denunciaret. Philippum Valeſium Franciæ regem miſsis ad eum literis ſedulò admonuit, vt cum Eduardo II. qui tum Anglis imperabat, nequaquam collatis ſignis, ſi præſens eſſet, dimicaret, inſpecta enim eius genitura, & diligenter examinata, fortunatum illum in rebus bellicis fore ſe cognouiſſe: & de Gallis potiſsimum inſignes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

gnes victorias, ſi in aciem cum eo deſcenderet reportaturum. Nec illa prædictio falſa fuit: Nam poſt aliquot annos in Picardia cum Eduardo confligere auſus Philippus, licet copiarum numero longè ſuperior eſſet, luctuoſam admodum & Galliæ calamitoſam accepit cladem, quandoquidem è ſuis triginta millia eo in prælio deſiderauit & ipſe fuga vix periculum euaſit.

Harduelles Perſa Magni Iſmaëlis, qui Sophi nomen aſſumpſit, pater, inſpecta filij genitura, ipſum Prophetam ſummum futurum, ſubactaq; maxima parte Orientis, Mahometis gloriam rebus bellicis feliciter æquaturum prædixit. Iouius.

Fridericus II. Imperator Rex Neapolitanus, Aſtrologicos libros ex Arabica in Latinam linguam conuerti curauit, & Academiam Neapoli, in qua hi publicè prælegerentur inſtituit, vt ea occaſione Mathematicæ diſciplinæ, quæ multis iam annis Europa exulauerant, velut poſtliminio redirent. Noti ſunt verſus, quos ad Pontificem miſit.

Fata volunt, ſtellæq; docent, auiumq; volatus,
Quod Fridericus ego malleus orbis ero.

Matthias Coruinus Hunniadis filius Rex Vngarorum, propagator & admirator omnium doctrinarum fuit, & delectatus eſt maximè hiſtoriarum cognitione, didicit etiam ſtudioſè multa de ſtellarum motibus & effectionibus multos, viros doctos, & præcipuè Mathematum peritos ad faſtigia honorum euexit: ac præ cæteris fauore venerationeq; ſingulari complexus eſt Iohannem Regimontanum Aſtrologum quem tanti fecit, vt crebrò eum eruditorum colloquiorum cauſa menſæ contubernio adhibuerit. Et octingentos aureos Vngaricos ob dedicatas Ephemerides 30. annorum dono dedit. Carion.

Hunc regem Aſtrologiam valde amaſſe, non ſolùm ex præcedentibus conſtat, ſed hæc ſequentia Lucidiùs idem declarant, animaduerſa à Dauide Vngnadio, Legato Cæſaris Maximiliani II. verſus Conſtantinopolim, qui anno Domini 1572. ad Turcicum Imperatorem miſſus, cùm ex permiſſu Muſtaffæ præfecti Vngarici, quem Baſſam nominant, & qui poſtea à ſuo Imperatore ſtrangulatus eſt, in ciuitate Budenſi, arcem olim regiam videret, & ſingula

conclauia diligentius perſcrutaretur, peruenit in cubiculum quoddam regis Matthiæ, fornicatum, ornatumq́ auro & varijs coloribus, inter quos enitebat cæleſtis figura regij temporis natalitij ſubſcriptis his verſibus:

Aſpice Matthiæ micuit quo tempore regis
Natalis, cœli qualis imago fuit.

In Bibliotheca autem ex aduerſo ianuæ inuenit legatus globum cœleſtem, tenentibus eum duobus angelis, compoſitum ad tempus electionis regis, his verſibus ſubiectis:

Cum Rex Matthias ſuſcepit ſceptra Bohemæ
Gentis, erat ſimilis lucida forma poli.

Has enim figuras in cubiculo & Bibliotheca depingi non curaſſet Rex inuictiſſimus, niſi cœleſtis conſtellationis rationem calluiſſet, atq; ex his cauſam fortunæ ſuæ regiæ oſtendere voluiſſet, & Aſtrologiam tanquam diuinam artem coluiſſet: ſecutus exemplum Seueri Imperatoris, qui in Britanniam proficiſcens in laquearibus palatij deſcriptas reliquit ſtellas, ſub quibus natus erat, & ex his conijciens, ſe non eſſe reuerſurum: & Auguſti, qui thema ſuum diuulgauit, nummosq́ argenteos nota ſyderis Capricorni, quo editus eſt, cudi fecit.

Antonius Bonfinius ſequentia de eodem rege ſcribit: Decad. 4. lib. 5. Vngaricarum rerum: Matthias primo tempore comparatis exercitibus, cæterisq́ rebus, quæ bello vſui eſſe ſolent, Anno ſalutis ſeptuageſimo ſeptimo, ſupra milleſimum & quadringenteſimum priuſquam caſtra mouere vellet, aſtra conſuluit, ac expeditionis cœpit auſpicia, nihilq́ vnquã inconſultis ſyderibus egiſſe viſus eſt, diuinã hinc voluntatẽ, fauſtumq́ euentũ elicere nitebatur, vt cœpta quæq; grauiſſima benè ſuccederent, nihilq́ vnquam niſi conſultis patribus, legibuſúe & Aſtronomis adoriri placuit, ne vi aut temerè quicquam auderet: Quin apud aras omnes rem diuinam fecit, vt numinum æquanimitate potiretur: Poſtquam omnia ſibi tuta fore ſenſit, adaucto iam vere ex Buda caſtra mouit.

Hilarius Pontifex in Eccleſia orta contentione de tempore quo Paſchatis ſolennia celebranda eſſent, quoniã in eiuſmodi re Arithmetica atq; Aſtronomia erat opus, huius rei iudicium Victori-

no Aſtrologo, qui in vtraq; illa arte peritiſſimus habebatur remiſit, voluitq; vt temporis rationem, quam ipſe iniret, ad diem Paſchatis inueniendum Catholica ſeruaret Eccleſia.

Propter hanc ipſam controuerſiam Sixtus quoq; IIII. Pontifex ex Germania Iohannem Monteregium Arithmeticum atq; Aſtronomum peritiſſimum Romam accerſiuit, qui etſi nullam aliam ob cauſam, quàm propter ingentis doctrinæ opinionem ad Pontificatũ conſcendiſſet, aliorum tamen doctrinæ in eo, quo ipſe plurimum excellebat, cedere voluit, Baptiſta Fulgoſ.

Ex quibus conſtat, Hilarium pontificem Aſtrologiam amaſſe, & Sixtum eam exercuiſſe, & vtrumq; iudicaſſe, eam neceſſariam in Eccleſia.

AEneas Syluius Piccolomineus, poſtea Pontifex factus, & Pius II. nominatus, hæc ſequentia ſcribit in tractatu de educando regio puero, ad regem Vngariæ & Bohemiæ Ladiſlaum, ex quibus colligitur, illum amaſſe Aſtronomiam, illamq; regibus neceſſariam eſſe iudicaſſe.

Nec enim Aſtronomiæ moderata lectio regio puero negari debet, quæ cœlos oſtẽdit, & arcana ſuperũ mortalibus pandit. Huius noticia magnis ſæpe ducibus adiumento decoriq; fuit. Pericles Athenienſis cũ Solis obſcuratione territi milites eſſent, meditarenturq; fugã, redditis eius rei cauſis exercitum retinuit, & victor euaſit.

Caius quoq; Sulpitius, cum in exercitu Lucij Pauli propter Lunæ defectionem militum animi velut prodigio diuinitus facto terrerentur, naturali ratione monſtrata ſecuros reddidit animos.

Nec Dion Syracuſanus, cum ad delendam Dionyſij Tyrannidem veniſſet, quia Platonis diſcipulus fuerat, & Aſtronomiæ peritus, tali caſu territus eſt. Quod ſi Nicias in Siciliam veniens non eodem confuſus fuiſſet metu, pulcherimum Athenienſium exercitum non perdidiſſet: imbuendus eſt igitur & hac doctrina puer regius.

Oſorius Luſitanus, Epiſcopus Siluenſis in libro de regis inſtitutione, ad Sebaſtianum Portugalliæ regem, eadem ferè, quæ Aeneas Syluius, nempe Aſtrologiam neceſſariam eſſe regibus affirmat his verbis: Quid hic dicam de illa diſciplina, quæ aſtra contemplatur?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

an patiemur regem noſtrum tam præclarā artem ignorare? magno certè illū afficiemus incōmodo, ſi tanto fructu noſtra culpa caruerit. Nec enim mediocris illa vtilitas habenda eſt, quam animus capit, cum cœlū ſuſpicit, magnitudine immenſum, ſplendore clariſsimum, ordinata varietate pulcherrimum, conſtantia & ſtabilitate firmiſſimum: Itaq; illius contemplatione fit animus altior & moderatior, & in omni vitæ ratione conſtantior.

Qui enim rerum cœleſtium amplitudinem & immenſitatem cogitatione peragrat, terreſtrium regionum admirari non poteſt, & qui definitos ſyderum curſus & ordinatas cōuerſiones ad numerum cadentes, quo cœleſtia mouentur mente cernit: Facilè ſibi atq; vitæ ſuæ modum conſtituit: & qui cœli firmam ſtabilemq; naturam, in omni temporum varietate conſiderat, nulla rerum varietate, aut vllo motu de mentis ſtatu deturbatur: aſſidua namq; rei alicuius excellentis animaduerſio imitandi ſtudium incendit: ita verò fit, vt qui cœleſtia animus ſpectat, cœleſtis etiam virtutis ſplendore colluceat. Accedit etiam admirabilis naturæ diuinæ cognitio, quam ex cœli contemplatione percipimus. Illud enim nobis, quanta Dei potentia ſit, quàm ſingulari ornatu omnia diſtinxerit, quanta benignitate generi humano proſpexerit, apertè demonſtrat. Noſtris enim vtilitatibus omnia, quæ in cœlo perfecit, ſecurè videmus. Vnde perſpicitur, hanc etiam diſciplinam eſſe maximè, cum regis amplitudine & dignitate congruentem.

Maximilianus primus Imperator, valdè amauit Aſtrologiam. Nam præter cætera, hæc Carion de eo ſcribit, quod conſuetudo familiariter vitæ domeſticæ conſumpta ſit illi cum viris doctis, cum quibus de doctrina eccleſiæ & Philoſophiæ, Medica præcipuè & Matheſi ſuauiſſimè ſit collocutus, & in hac arte ſit vſus opera Aſtrologi Georgij Tranſteri, qui illi mortem prædixit (cuius deinceps fiet mentio) & Vogelini, qui ambo audiuerant Regimontanum, alter Vogelinus etiam Purbachium. Eos igitur vt peritos artifices maximi fecit, magnosq; in hoc ſtudium ſumptus impendit. Carion.

Albertus Elector Marchio Brandenburgenſis, qui Achilles Ger-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Germanicus nominatus à Pio II. Pontifice, habuit apud ſe hunc Carionem, Hiſtoriographum & Mathematicum eximium, cuius opera vſus eſt. Exſtat huius viri Prognoſticon generale, de Inſignibus Principum, euentu in pleriſq; comprobatum, qui etiam conſcripſit directiones locorum Hylegiarum ſed nondum editas, meo tamen ſtudio breui edendas.

Albertus Marchio, primus dux Pruſsiæ, amator omnium literarum, & etiam Aſtrologiæ fuit, qui ex eadem familia Brandenburgenſium natus, ſumptus in editas tabulas Prutenicas ab Eraſmo Reinholdo erogauit, quibus hoc tempore Aſtrologi in computandis Planetarum motibus vtuntur, ex qua re præcipuã ſui nominis gloriam, regis Alphonſi exemplo, poſteritati commendauit, Inſcripſit huic duci etiam librum ſuum Ioannes Schonerus de natiuitatibus, in cuius præfatione ipſum, tanquam Aſtrologiæ ſummum patronum laudat.

Fridericus Vrbini dux, artem Aſtrologicam amauit & intellexit, vt ex Iouiani ad illum epiſtola conſtat, ſic ſcribentis: Quam opinionem etiam mirum in modum auxere Romæ Neapoliq; ſermones inter nos ſæpius habiti, tum de aliјs rebus, tum de cœlo, & illis ſempiternis ignibus, quas erraticas aut fixas ſtellas vocamus: quum earum inueſtigationem, rem admirabilem eſſe diceres, & homine maximè dignam, tum propter diuinitatis communicationem, tum nobilitatem materiæ. Quid enim cœlo nobilius, aut eius inquiſitione præſtãtius? quid etiam admirabilius quam hominẽ in remotiſsimis à cœlo conſtitutum locis, ad cœli ipſius & ſtellarum, quæ cœlo feruntur, ſecreta penetrare, illud vero ſupra quàm dici poſſet, moleſtum tibi eſſe intellexi, quod diuinam rem ab illis, qui eam tractarent, indignius haberi cerneres.

Muleaſſes rex Tunetanus, Aſtrologiæ peritiſſimus fatali aſtrorum influxu amittendi regni & ſæuæ necis cladem ſibi cum diuinaſſet, & Barbaroſſam Byzantij claſſem parare audiuiſſet, eam aduerſus ſe parari credidit, & vt periculum effugeret Africa excedens in Italiam, vt Carolum Cæſarem alloqueretur & auxilia contra Turcas, quos ad ſe oppugnandum venturos putabat, impetraret, traiecit, cõmiſſa Aemidæ filio regni adminiſtratiõe, qui vt perfidus

&

& ingratus regis nomen deſumpſit, & aduenientem poſtea patrem captum excæcauit: ita iudicio ſuo deceptus Muleaſſes, cum vaticinium perperam interpretaretur, in calamitatem maximam nihil aberrantibus fatis incidit. Iouius.

Laurentius Surius Carthuſianus de Muleaſſe ſic ſcribit: Fuit ille Rex ſuperſtitioni Mahometicæ addictus, & aſtrorum obſeruator. Viſum enim ipſi fuit ex fatali aſtrorum influxu, regni & diræ mortis cladem impendere.

Iouius etiam tradit, Muleamethem Feſſanorum regem, in diſciplinis philoſophicis ex dogmate Auerrois & Aſtrologia non mediocriter eruditum fuiſſe.

Idem in Elogijs illuſtrium virorum hæc de Muleaſſe ſcribit: nihil à Syderalis artis prædictione deceptum, qua ſuo fato ſe in Africa moriturum, ſed non exulem præuiderat.

Carolus enim cum Africam vrbem per Andream Auriam & reliquos ſuos duces oppugnaret, antequam expugnata eſt, cum in eadem expeditione eſſet, morbo interijt.

Hadrianus VI. Pont. qui fuit præceptor Caroli V. ſibijpſi exactiſſima ſyderum ſcientia, qua plurimum iuuenis delectabatur, Pontificiam ſedem certo pollicitus eſt, in opinione etiam confirmatus, quum in genitura à ſede Planetarum admodum felici ſtella eximiæ magnitudinis in Horoſcopo ad ipſam finitoris lineã præclara ſummæ fortunæ denunciatione præfulgeret: Adeo vt Acredio Medico anxiè nimis & triſti fronte tantæ moræ ſpacium per ſingulos dies, vti ſpe depoſita ſupputandi, dicere non dubitarit, vt in ſpe concepta permaneret, neq; ampliùs eo literarum deſiderio torqueretur: Se enim Dei Opt. Max. beneficio creatum eſſe Pontificem, & breui fore, vt ab ipſo in ſede principis Apoſtolorum in vrbe Romana ſub illa ſolenni tiara conſpiceretur. Iouius in vita Hadriani VI.

Quantum etiam huic arti tribuerit Carolus V. Imperator, & quomodo illos ornauerit, qui inſtrumenta Aſtrologica fabricauerunt, ac in hac arte deſudarunt, teſtes eſſe poſſunt, qui in ipſius aula (vt ego per ſeptennium) verſati ſunt, fortaſſis ab Hadriano præceptore ſuo in ea etiam inſtitutus.

Ioan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Ioannes Homelius, Profeſſor Mathematicus in Academia Lipſica, obtulit ei organum planetarum, cui mille aureos donauit.

Appianus illi dedicauit inſigne opus, quod Aſtronomicum Cæſareum appellauit, ex quo illi oculariter in comitijs nonnullis demonſtrauit planetarum motus.

Adfuit illi etiam in caſtris apud Ingolſtadium, vbi quanquam obrutus Cæſar negotijs bellicis, & circũdatus ferè à Germanis principibus eſſet, tamen inſtrumenta Aſtronomica nonnulla ei corrigẽda dedit, vt ipſe Appianus amicis nonnullis retulit. Donatus eſt à Cæſare loco inſignium aquila ſeſe in nubibus circumdatis agitante.

Bartholomeus Caſſaneus, ſcribit, hunc Carolum omnium Cæſarum, Regum & Monarcharum maximum fuiſſe Aſtrologum. Vſus eſt etiam Turriani Cremonenſis opera, qui illi octauum cœli motum per inſtrumenta oſtẽdit, cum quo collocutus ſtatim ad Saxonicum bellum eſt profectus, in quo paulò pòſt Elector Saxoniæ Iohannes Fridericus fuit captus, idq́; quaſi futuræ victoriæ præſcius feciſſe putatur.

Gulielmus à Schowenburch in hiſtoria de rebus geſtis ac vita Caroli hæc de ipſo enarrat: Valde Aſtrorum & Mathematicarum artium cognitione eiusq́; doctrinæ ſtudio eſt delectatus, eaq́; in re, cum Ratisbonæ conuentus ageret, Petri Appiani inſignis Mathematici opera eſt vſus: Ac ego tũ ipſius Cæſaris iuſſu de circulis artis eius in Gallicam linguam quædam verti, ita vt planè perſpectum ſit mihi eius in hac re longo tempore ſtudium, quod ne vltimo quidem tempore remiſit, ſic vt orbium illorum cœleſtium motus definitos ſyderũq́; curſus ordinatos, Phœbi, Dianæq́; defectiões numeris et rotis perſequeretur, & ea inſtrumentis Sphæricisq́; figuris, circulis, orbibus & radiationibus Solis examinaret & ponderaret, & cum apud ſe haberet in heremo Iuſti duodecim tantum miniſtros, inter eos fuit Turrianus, Aſtrologus Horologiorum cuſtos, qui motus cœleſtes Cæſari quotidiè oſtendit, cuiuſque conſuetudine familiariſſimè vſus eſt.

Dauid Chytræus, in oratione de Carolo quinto hæc enarrat, quæ & conſentiunt cum prædictis: Vt enim Iulius Cæſar apud Lucanum gloriatur, ſe media inter prælia ſemper ſtellarum cœliq́; plagis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſuperisq; vacare, ita noſter Cæſar in ipſis caſtris & medio belli ardore ſyderum doctrinam colebat, & reuolutionum cœleſtium leges, & periodos conſiderabat. Retulit amicis Petrus Appianus, ſe in bello Germanico, Ingolſtadio ad Carolum in caſtra, vrbi tum vicina euocatum fuiſſe, vt in machina certis rotulis orbes circumducentibus, repræſentante Planetarum motus proprios aſpicienti, certiùs & accuratiùs ſingula monſtraret. Cum verò illo ipſo die qui anno 1546. Cal. Septembris proximè anteceſſit, globi ex hoſtium caſtris emiſſi circumuolitare magno agmine cœpiſſent, trepidante ſe & caput ſubinde inclinante Carolum nulla prorſus timoris ſignificatione edita, pedem loco nunquam mouiſſe. Familiaris etiam Carolo, eiuſdem belli tempore Turrianus Cremonenſis Mathematicus fuit, qui euentũ belli Saxonici, ante quam Vlma Cæſar moueret, anno domini 1547. prædixiſſe memoratur.

Solimannum Imperatorem Turcicum, qui mortuus eſt in expeditione Sigethæ, Aſtrologiæ peritũ fuiſſe, vt non pro certo affirmo; ita negare planè fuerit temerariũ, cum conſtet, quod nulla gratiora à noſtris dona accipere conſueuerit, quam machinas motuum cœleſtium, quorum oportuit illum abſq; dubio peritum fuiſſe & ſtudioſum, nec tam inſcium & Barbarum vt Iuoan Moſchus, cui ante aliquot annos mittebatur à rege Danico inter alia munera automaton orbium cœleſtium, quod ille accipere recuſauit, quia iſtius vſum ignorauit, inquiens, ſe terrena non cœleſtia curare.

Iouius ſcribit, Solimanno miſſam fuiſſe à Ferdinando Imperatore argenteam machinam, in qua non horarum modò ſpacia, ſed errantium etiam ſyderum motus, menſtruiq; Solis ac Lunæ coitus, exactiſſima ratione monſtrabantur: Intus ſcilicet dentatis rotis, certiſq; ponderibus, admirabili momento, vel in multum æuum minutiſſimas temporum menſuras diſpenſantibus, quin inter celeres tardóſq; orbes, in tam vario inæqualiq; polorum ordine audaci quadam ſupremi motoris æmulatione coniuncta congruerent. Ea à peritiſſimis Aſtronomis excogitata perfectáq; Maximiliani Cæſaris fuiſſe dicebatur.

Leonhardus Rauvvolffius Medicus Auguſtanus, in ſuis verſus orientem peregrinationibus tradit, Turcas computare annum ſe-

cun-

cundum motum Lunæ, eiuſq; augmentum & diminutionem ſumma diligentia, imprimiſq; plenilunium obſeruare. Illo enim tempore montes & turres aſcendere, vt tempus nouilunij ſcire, & ex hoc futura prognoſticari poßint. Hoc ſi vulgus facit, quantò magis credibile, Imperatorem huic arti ſtuduiſſe.

Paulus Farneſius Pontifex, eius nominis III. inter alia artis documenta quàm plurima, filium Petrum Aloyſium eo die, quo interfectus eſt, multò antè præmonuit, vtq; ſibi caueret, eſt adhortatus. Erat autem dies ille decimus menſis Septembris, anni 1547. quo à coniuratis Auguſtino Lando, & Iacobo Scoto Placentinis comitibus in arce ſua colloquij prætextu eſt interfectus, & à pudendis diu ſuſpenſus, populo crudeliter lacerandus eſt exhibitus.

Gregorius XIII. Pontifex Max. Calendarium reformare inſtituit, vt ſolſtitia & æquinoctia ad veteres ſedes, quas tempore Niceni Concilij tenuerunt, redirent, decem diebus in menſe Octobri omißis, anno 1582. adhibitis in conſilium prudentibus viris Aſtrologiam & alias artes Mathematicas profitentibus, ita vt 15 ſcribantur pro 5. diebus, & ſic decem dies ſupprimantur & omittantur. Et ſic ex his liquet, Gregorium Pontificem hanc artem amaſſe, & ſine huius artis, eiuſq; artificum ope veteris Calendarij reformationem & emendationem abſolui, & ad finem perduci non poſſe. Quanquam noſtri Germani Aſtrologi, alium modum corrigendi Calendarium longè meliorem ſe inueniſſe editis ſcriptis affirmant. Quare nequaquam hæc ars reijcienda, ſed Eccleſiæ ac Reip. cauſa retinenda, excolendáq; eſt.

Fridericus II. Rex Daniæ, & Guilhelmus Landgrauius Haſſiæ, hoc noſtro tempore ſummo ſtudio & cura globos, Horologia & Machinas Mathematicas fieri curant, in quibus ortus & occaſus ſignorum ac domos cæleſtes, nec non coniunctiones Solis & Lunæ, cæterorumque Planetarum, incrementa ac decrementa dierum & noctium conſpicere poſſunt: quorum nonnulla circumferunt, vt quotidie cōtemplari queant. Ad quā rem ille nobilis viri Tigonis Braden, hic Victorini Schonfeldij opera vtitur, ac vtriq; hāc ob cauſam annua ſtipēdia numerant, Tygoniq; Bradē (cui vix ſimilem in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

diſciplinis Mathematicis, hic Septentrionalis tractus habet) rex inſulam nomine VVeen, cum omnibus reditibus inter Zeelandiam & Schaniam, ad tempus vitæ cõceßit, ingentemq́ ſpeculam ibidem erigi curauit, vt gyrationes planetarum, ſtellarum altitudines, Lunæ viciſsitudines, totiusq́ machinæ cœleſtis motum obſeruare poſsit.

Aſtrorum enim motum & vires explorare altißimo principum gradu nõ indignum, nec ijs qui rebuſpublicis præſunt, incommodum eſſe, validæ rationes euincunt.

Nam fati decreta, quæ ex Aſtrologiæ arcanis naſcuntur, cum principes perſpecta & cognita habent, & decus eximium & commodum ingens accipiunt, vt Richardus Normannus aſſerit. Siquidem quæ fauſta ſunt, & profutura creduntur, intentione cura, & ſtudio vehementiori proſequuntur. Quæ verò infauſti ominis ſunt & perniciem mortalibus minantur, quantum humana prudentia & fati potentia patitur, ſtudioſè ipſi declinant, aut ad ea fortiter ferenda animos & corpora parant. Et futura noſſe nunquam obfuit. Sed vt ait Agathias, homines ſibijpſis multa incommoda ob futurarum rerum ignorantiam inferunt. Et regius Propheta orat, vt futura ſciat. Pſal. 38. Notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum, vt ſciam, quantuli ſim æui.

Neq; vlla vel præſtantior, vel nobilior, aut ſtudio patrociniouè principum dignior ex ingenuis diſciplinis reperitur, quàm aſtrorum motus indagatio, cum & ſit generi humano vtilißima, & talium corporum complectatur contemplationem, quæ tum immenſa magnitudine, quæ tam corporis, quàm animi hebetat oculos: tum ſplendore, quo illuſtrant ac vegetant, gaudioq; perfundunt vniuerſa: tum motu, quo nullus perfectior, tum officio præſtantißimo, quo calorem vitamq́; omnibus naſcentibus è ſubditorum ſibiq́; contiguorum corporum generatis permixtione impertiunt, infunduntur, totq́; adeò donorum dignitate & præſtantia excellunt, vt nullam his creaturam demptis intelligentijs & ratione præditis animabus vel comparare vel anteferre poßimus. Quare hæc cum ita ſe habeãt, & hæ diſciplinæ (quæ oſtendunt vires ſtellarum cognitas perpetua experientia, qualitates, temperamenta & inclinatione in elementis,

&

& corporibus hominum ortas à motu, & luce ſtellarum) à tantis Imperatoribus & Heroibus exercitatæ, & in precio ſint habitæ, harumq́; ſtudioſis magna ſtipendia ab illis decreta ſint: nobis meritò vitio verteretur, ſi hanc doctrinam à Patriarchis & maioribus traditam, atq; à tantis Monarchis ornatam: & ſic antiquitate & auctorum ſplendore maximè illuſtratum, non excoleremus, nec cœlum ſtellatum tanquam perfectiſsimum volumen ſapientiæ diuinæ aſpiceremus, ex eóq; maiorum exemplo cauſas euentuum, & mutationum in his corporibus inferioribus colligeremus.

> Namq; haud excelſo radiantes æthere ſtellæ
> Se caſu nitidum ſic per inane mouent:
> Lege ſed immota, ſapiens ceu condidit auctor,
> Et certis vicibus conuenienter eunt.
> Nec tantum præbent obſcuro lumina mundo
> Vmbrarum tenebris nox vbi texit humum.
> Sed vires etiam rebus naſcentibus addunt,
> Quas grauido tellus parturit alma ſinu.

Nam naturales aëris conſtitutiones, & quæ inde pendent in noſtris corporibus effecta, concurſibus varijs aſtrorum, adimere, quaſi ad ſolam contemplationem, aut temporum diſtinctionem ſtellæ ſint in orbibus ſuis collocatæ, nullius, opinor, eſt iudicij: ſed pertinaciæ potius extremæ. Cum & ruſtici ipſi id quotidie cognoſcant, ac tempeſtates id ipſum ſonora admodum voce toties teſtentur, contagioneſq; & morbi ἐπιδήμιοι apertè demonſtrent.

Agathias de peſtilentia, quæ Iuſtiniani temporibus graſſata eſt, multos vnũ tantũ diẽ laboraſſe ſcribit, nõnullos nec febre præuentos, nec dolore affectos, ſecretum dum facerent, vt domi, ita & in publicis locis ſicubi vti contigerat, procul uiſſe, & ſic omnem ætatem paſſim interijſſe pubeſcentem ſimul & floridam, & in his mares maximè: & addit, Qui Aegyptiorum dicta nec non Perſarum & ſupernorum motus, quam optimè callebant affirmaſſe temporum reuolutiones in hoc mundo, nunc proſperos felicéſque, nunc aduerſos planéq; infauſtos rerum ſucceſſus adferre, fuiſſeq; iſtius tẽporis periodum de numero infauſtorum & ſiniſtrorum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Peſtem enim, quæ maximam partem hominum extinxiſſe perhibetur, Henrico IIII. imperante, anteceſſerunt crebræ luminum defectiones, & in idipſum tempus incidit coniunctio Saturni, Iouis & Martis in ſigno humano in virgine. Similis etiam cœli conſtitutio Saturni, Iouis & Martis in Aquario antegreſſis Eclipſibus anno Domini 1483 peſtem excitauit, quæ ſpacio quinquennij in Europa tertiam partem hominum abſtuliſſe fertur. Eclipſes enim orbem elementarem præpararunt malignitati peſtilenti, quã deinceps infauſta Planetarum commixtio diuerſarum naturarum in humanis ſignis effudit & impreſſit.

Ac nemo ſanæ mentis negare poteſt, morbum qui anno 1580. totum orbis terrarum tractum nobis cognitum peragrauit, & ex Aſia ac Conſtantinopoli primo: deinde ex Sicilia & Italia longè lateq́ꝫ celerrimè ſe diffundens peſtifera contagione in ſuperiorem Germaniam, Bohemiam (vbi Cæſar Rudolphus II. ipſe hanc luem cum domeſticis aulicis expertus eſt) in Saxoniam, & inde etiam ad nos dimanauit, ita vt omnes ferè homines febri diaria, aut tuſſi ex catarrhis ad pectus delabentibus paſſim ſint correpti, multi etiam qui affectos antè pulmones habebant, extincti, exortum eſſe ex aëris corruptione, quam aſtra ſuo vario poſitu & configuratione demiſſis ex ſe radijs effecerunt in ſubiecto orbe elementari, nec non ex inflammatione Cometæ, qui in principio menſis Octobris his in locis prim viſus & accenſus eſt.

Romæ in fine Iulij vno tempore 40000. homines iuſſu Pontificis Gregorij XIII. numerati ſunt, qui hoc morbo infecti fuere, vt mihi retulit Gerhardus Ranzouius meus filius, qui tunc temporis inde domum redijt, quemadmodum & maxima pars hominum in cæteris Italiæ ciuitatibus etiam laborauit.

Lubecæ menſe Octobri ſub ipſa incenſione Cometæ octo millia, nec minori numero Hamburgi infecti ſunt, ſic Bremæ, vbi tunc ego Archiepiſcopo aderam, & Brunſuigæ atque Luneburgi infinitus numerus, in totius Holſatiæ oppidis ac caſtris in ſingulis domibus vno tempore, nemine ferè excepto, omnes decubuere.

Hinc proceſſit morbus in Daniam, vbi Rex Fridericus II. & omnes

nes eius nobiles correpti ſunt: vltimo in Pruſſiam, & Sueciam, vbi ex hac contagione peſtis ſæuiſſima exorta eſt.

Accepi etiam ex noſtris, qui Stephano Regi Poloniæ in bello Muſcouitico adfuere, regem & multos alios, tam equites quàm pedites hac tabe infectos fuiſſe.

Fuit autem ante hanc luem Eclipſis Lunæ die 31. Ianuarij. Sole exiſtente in ſigno humano, deinde coniunctio Saturni & Martis in eodem ſigno in Martio. Poſtea oppoſitio Iouis & Martis in Septembri in ſignis humanis, denuoq; iterum eorundem Planetarum, in iiſdem ſignis menſe Octobri oppoſitio, in cuius menſis principio Cometa exarſit, vt ſuprà dixi.

Alius autem alio grauius laborauit, pro naturarum diuerſitate, & commoda aut mala diæta adhibita. Nemo enim neſcit vnam eandemq; cauſam in diuerſis ſubiectis aut obiectis, ne ſimiliter quidem, nedum pariter ſemper agere, ſed ſecundum patientium varietatem, effecta variari.

Hi autem qui nulla medicina vſi ſunt, citius ac felicius cæteris conualuerunt: vnde multi in eam opinionem ſunt perducti, vt ſtatuerēt medicinā ſine fauore cœleſti non ſolum irritam, ſed ſæpè etiam noxiam eſſe: in qua opinione Hippocratem & Galenum etiam fuiſſe conſtat.

Hi verò plerunque mortui ſunt, quibus hic infectus annus Climactericus aut Enneaticus fuit, & præſertim obæſi, aut affectos pulmones habentes, & catarrhoſi. Et euidens ratio eſt, quia duo aduerſa naturæ ſimul coinciderunt vno tempore: annus periculoſus & aër venenoſus.

Pauciores tamen his in locis mortui ſunt, quàm pro decumbentiū multitudine, & veneni celeritate, vt omnes naturæ diligentiores ſcrutatores opinabantur.

Ex præmiſſis itaque colligitur huiuſmodi contagionem ex certis conſtellationibus, quæ aerem corrumpunt oriri, ac naturales cauſſas DEO ſic iubente ad effecta ſua momento rapi, ſtelláſque non ſolùm ad diſtinctionem temporum ordinatas eſſe: ſed etiam in ſigna, ad capiendas rerum futurarum notas, & ad

cau-

cauſas naturales ciendas, & euentus ac mutationes varias in his inferioribus corporibus efficiendas, quas aliquatenus à peritis Aſtrologis prædici, & animaduerti poſſe, ſequentia exempla conuincunt.

Proinde rectè Cicero ait: quod ex admirabili ordine cœleſti, incredibiliq́ motuum, conſtantia conſeruatio & ſalus omnium oriatur, & ea qui vacare mente (vel potius effectu) putet, illum ipſum mentis expertem eſſe. Si itaque conſeruatio ex his oritur, ex iiſdem etiam corruptionem proficiſci neceſſe eſt. Nam contrariorum eadem eſt ratio.

TESTI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

TESTIMONIA QVAE OSTENDVNT ELEMENTA, ET QVAE EX HIS CONSTANT CORPORA, PERpetuò affici à corporibus cœleſtibus, atq; ab horum diuerſo poſitu varias & diuerſas effectiones tum fieri, tum hominibus denunciari.

Geneſis 1.

DIXIT DEVS: Fiant luminaria in firmamento cœli, vt diuidant diem à nocte & ſint in ſigno & tempora, & dies, & annos: vel, ſecundum Chaldaici textus tranſlationem, Benedicti Ariæ Montani: ſint luminaria in firmamento cœli, vt diuidant, inter diem & noctem, & ſint in ſigna & tempora, & vt numerentur per ea dies & anni.

Hoc dictum (quod tanquam baſis eſt & fundamentum totius Aſtronomiæ atq; omnium inde dependentium prædictionum aſtrologicarum) quanquam nonnulli, qui doctrinam de motibus & effectionibus corporum cœleſtium vel contemnunt vel faſtidioſè derident, corrumpere praua interpretatione conantur, quando hæc verba (vt ſint in ſigna & tempora, & dies, & annos) quæ & diſtinctiuè ſcribuntur; & diſtinctiuè ſunt accipienda, ita temerè confundunt, vt poſterioribus tribus vocabulis ἐξηγητικῶς *quaſi, ſignorum naturam aut officium notari, ne nudam temporum & dierum atq; annorum deſignationem ſeu deſcriptionem, tribui ſtellis exiſtiment: tamen ſi quis paulò attentius Moyſis verba aſpiciat, & quid Hebræis dictio* אות *ſignificet, conſiderata vocis Etymologia intelliget, non tantum temporum & annorum, & dierum diſcrimina motu ſtellarum deſignari, ſed hunc inſuper vſum illis diuinitus eſſe attri-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

butum animaduertet, vt hominibus ſigna eſſent, & notæ rerum, ex quibus quædam futurorum caperent argumenta.

Nam & Chriſtus ipſe poſita vna ſignorum ſpecie pro toto obſeruationum Phyſicarum genere: dicit, homines ex cœli facie futuras tempeſtates rectè prædicere: & vox Hebræa non tantùm tale ſignum notat, quod rem actu præſentem indicat, vt cum fumus è camino erumpens, ignem in foco ardentem deſignat, aut cum Solis ad Vergilias acceſſus, amœniſſimum Veris tempus iam adeſſe notat: Sed propriè & principaliter tale ſignum, quod futurum aliquid prænunciet, hac voce deſignari manifeſtum eſt: vt ſi aliter vox accipiatur, vis manifeſta fiat Moyſis verbis, & operibus diuinis non exigua dignitas detrahatur.

Etſi autem in hac caligine mentis humanæ, quæ ex peccato nobis eſt aſperſa nunc futura, quæ ab aſtris denunciantur proſpicere omnia aut prædicere certò non poſſumus: tamen vſus rei in prima creatione à DEO inditus, nequaquā propterea eſt tollendus aut negandus, neque quantum de eo longa temporum obſeruatione à ſummis ingenijs poſtea eſt animaduerſum, cum riſu eſt explodendum aut temerè damnandum, licèt verum ſit, quòd cùm nos ſapientiſſimos in hoc ſtudio eſſe putemus, ſtultiſſimos nos eſſe experiamur, & maximum eorum, quæ ſcimus, & indagare poſſumus, ſit minimum eorum, quæ ignoramus: vt ita tandem perducamur ad id, quod ſcriptum eſt: Omnia vanitas: & quæramus noſtram ſapientiam in eo, qui factus, ſeu conſtitutus eſt nobis à Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio & redemptio, qui eſt Chriſtus, cui ſoli Deo & homini omnis debetur gratia & gloria.

Nam ſi integra manſiſſet hominum natura, futura quidem erant illa corpora cœleſtia ſigna plurimarum rerum ad humanæ naturæ incolumitatem pertinentium planè infallibilia, atq; ad eas, vel appetendas & magno ſtudio inquirendas, vel ſi obeſſent fugiendas, occulto quodam motu animos noſtros erant excitatura: neque quiſquam in explicandis his ſignis tunc fuiſſet falſius aut deceptus.

Sed poſtquam homo ab integritate ſua prolapſus in peccatum, mortem atque huius nuncios, morbos ſcilicet & alias calamitates in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

*innumeras ſibi & poſteritati attraxit, nec iam effundendis, vt an-
te, beneficijs ſuis tantum agit DEVS cum genere humano, ſed pœ-
nis etiam ſcelera hominum perſequitur, atque in his exigendis ſæ-
pè non tantùm à creaturarū ordine inſtituto diſcedit, ſed etiam, vt
Propheta loquitur, opus facit à ſua natura prorſus alienū, nō quidē
naturā aut vim ab initio ſibi attributam, in deſignandis rebus fu-
turis, atq; excitandis hominum mentibus & voluntatibus, tam in
expetendis & proſequendis, quàm fugiendis obiectis monſtratis, a-
miſerunt ſtellæ: Sed tamen neque ea tota in hac naturæ deprauą-
tione & ingeniorum imbecillitate, à nobis perſpicitur, neque i-
dem ſemper, qui eſſe debebat, harum deſignationum eſt euentus,
hominibus nimirum longè aliter, quàm integræ naturæ conuenie-
bat, horum corporum lumen & vim excipientibus & motus, qui in-
de exiſtunt, non ea quæ ad imaginem DEI congruebat ἐυταξίᾳ re-
gentibus.*

*Hanc eſſe genuinam dicti Moſaici ſententiam, non eſt dubium.
Idquè vidit haud dubiè Auguſtinus cum ſcribit, ſigna dici corpo-
ra cœleſtia, quod vitæ vſibus neceſſaria deſignent, qualia nautæ,
agricolæ, & id genus artifices obſeruant. Approbat hanc ſententi-
am Philo vir doctiſſimus, quem Euſebius in diuinis ſcripturis ex-
plicandis vt altum, magnoq́; iudicij acumine præditum laudat; &
Hieronymus ob variæ eruditionis copiam referre in catalogum Ec-
cleſiaſticorum Scriptorum non dubitat.*

*Verba autem Philonis, quibus lumen adferre dicto Moyſis
conatur, hæc ſunt: Factæ ſunt, vt DEVS ipſe ait, non ſolùm ad
lucem emittendam, ſed etiam vt futura præſignificent. Aut enim
ex ortu earum & occaſu, deliquioúe, aut emerſione occultationeúe,
aut alijs motuum differentijs homines de futuris conijciunt & præ-
ſagiunt, copiam inopiamúe fructuum, prouentum vel peſtem ani-
mantium, ſerenum & nubilum, tranquillitatem aëris & procellas
ventorum, inundationes & exilitates fluminum, molliciem maris
& tempeſtatem: Ita vt rectiſſimè dictum ſit: In ſigna factas
eſſe ſtellas, atque etiam in tempora. Tempora porrò de quatuor
anni vicibus, quas Græci horas appellant, intelligenda ſunt.*

Et quid ni? Tempus enim quid aliud eſſe poteſt, quàm tempus rei benè gerendæ? At horæ anni omnia perficiunt, & ad bonum euentum producunt, ſationes, plantationes, genituras & incrementa animalium.

Origenes in Tomis ſuper Geneſin: quemadmodum refert Euſebius in lib. 6. de præpararione Euangelica, cap. 9.

Cum primum caput exponeret, ſtellas dicit à DEO poſitas in cælo, vt eßent in ſigna, hoc eſt, vt per varios eorum aſpectus & coniunctiones ſignificarent vniuerſas & ſingulas humanarum rerum cauſas, non tamen efficerent. Depinxit enim Deus in ſtellis ſignificationes & rationes omnium futurorum humanæ generationis euentuum, vt ſupernorum ſpirituum virtutes in eis, veluti in libris legerent, quæcunq; hominibus citra tamen vllam liberi arbitrij coactionem per ſingula temporum interualla eſſent euentura & inde aliquam huius ſcientiæ partem, quæ humani ingenij vires excellit, hominibus ſtellarum obſeruatoribus reuelarent. Atq; iuxta hunc ſenſum putauit Origenes intelligendam eſſe ſententiam quandam ex libro, cui titulus eſt: Narratio Ioſephi, olim apud multos Catholicos in authoritatem recepto: in qua Iacob Patriarcha inducitur ad filios ſuos hæc dicens: Legi in tabulis cæli quæcunq; euentura ſunt vobis & filijs veſtris.

Idem contra Celſum, lib. 5.

Eſto autem (vt Celſi verbis vtar) prædicere nobis Solē & Lunam ac ſtellas futuras plunias, æſtus, nubes, tonitrua: An non ergo ſi prædicunt talia, Deus potius adorandus eſt, cuius iuſſu prædicunt, illeq; potius obſeruandus, qui his vtitur pro vatibus? Prædicant & fulgura, & fructus, omnesq; prouentus, depromant omnia talia, non tamen ea adorabimus ideo. ſicut nec Moyſem poſterioresq; Dei prophetas, qui prædixerunt meliora, quam pluuias, æſtus, nubes, tonitrua, fulgura, frugesq; & prouentus ſenſibiles: Imò etiamſi ſol, luna, ſtellæq; meliora vaticinaretur quàm pluuias, ne tum quidem eos adoraremus, ſed patrem prædictionum auctorem, eiusq; miniſterium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

um verbum Dei, Hoc autem ipſe ſibi pro confeſſo ſumit Celſus, quod Solem, Lunam, Stellasq́; habeamus pro nihilo, cum fateamur, ab ipſis quoq; expectari reuelationē filiorum Dei, ſubiectis in præſens vanitati materialium corporum, propter illum, qui ea ſubiecit in ſpe. Atq; ſi ſciuiſſet Celſus, præter innumera alia, quæ de Sole, Luna, Stellisq́; prædicamus, vel illud: Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes exercitus eius: Laudate eum Sol & Luna: Laudate eum omnes ſtellæ lucentes: Laudate eum cæli cælorum: Nunquam de nobis pronunciaſſet, tantos laudatores Dei haberi à nobis pro nihilo.

D. Ambroſius lib. 4. Hexameron cap. 4.

Quomodo luminaria facta ſint in ſigna, non poſſumus negare, quod ex Sole & Luna aliquot ſigna colligantur. Nam & dominus dixit, & erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis. Sed in ſequentibus reprehendit abuſum illorum, qui volunt, quod hæc ſigna afferant naſcentibus neceſſitatem aliquam, cum paucos nunc eſſe arbitror, qui hoc credunt, ſed inclinationem vel ſignificationem quandam afferre à neceſſitate liberam. Relicta enim eſt nobis libera voluntas & electio, vt auxilijs Dei mens fulta, aduerſari illecebris diaboli, & carnis inclinationes moderari, & ſi quam inſignem calamitatem aduerſumúe aliquem caſum aſtra præſagiant ac denuncient, eius occaſiones effugere poſſit.

Baſilius Magnus libro Hexameron hom. 6.

Et ſint in ſigna & tempora, & dies & annos. Neceſſariæ ſunt profectò luminarium in hominum vita ſignificationes. Nam ſi non vltra modum ſigna quiſpiam, quæ ab ipſis proficiſcuntur, exploret, vtiles ipſorum obſeruationes, eas inuenerit, quas experientia longa probauit. Quanto autem emolumento ſint vitæ humanæ, quantamq́; vtilitatem eidem præſtent, tales ex hiſce luminibus obſeruationes, quis ignorat?

Idem Baſilius.

Vbi de quatuor anni temporibus tractat, dicit: Hæ temporum viciſſitudines, hæ varietates Solis motiones confectantes vitam nobis, & quæ ad vitam ſunt neceſſaria, diſponunt atque adminiſtrant.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

D. Auguſtinus de ciuitate Dei.

Non vſquequaq; abſurde dici poteſt, ſolum ad corporum differentias afflatus quoſdam ſidereos peruenire: & ideò ſi aliquis iudicijs aſtrorum vtatur, ad prænoſcendum corporales effectus, putat tempeſtatem & ſerenitatem aëris, ſanitatem vel infirmitatē corporis, vel vbertatē & ſterilitatem frugum, & ſimilia, quæ ex corporibus & naturalibus cauſis dependent, nullum videtur eſſe peccatū. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua obſeruatione vtuntur corporum cœleſtium, ſicut agricolæ ſeminant & metunt certo tempore, quod obſeruatur ſecundum motum Solis. Nautæ nauigationem vitant in plenilunio, vel etiā in Lunæ defectu, Medici circa ægritudines certos dies obſeruant, qui determinantur ſecundum curſum Solis & Lunæ.

Idē Ianuarium ſcribens dicit: Non aūt quisq̄ ſapiens arbitretur obſeruatores temporum reprehendendos, quia dicunt, non proficiſcar hodiè, quia tempeſtas exorta eſt &c. vel ſi qui fortè alij naturales effectus circa motum aëris & humoris ad variandas temporum qualitates ex ſiderum ordinatiſſma conuerſione notati ſunt: de quibus dictum eſt, cum conderentur, vt ſint in ſigna & tempora & dies & annos.

Chryſoſtomus in cap. 1. Geneſ hom. 6.

Quid eſt in ſigna & in tempora, & in dies & in annos? docere nos vult diuina ſcriptura, quod horum curſus ſcientiam nobis concedit temporum, & viciſſitudines verſionum, numerum dierum, anni curriculum, & ex his poſſumus dignoſcere omnia.

Ioannes Zonaras.

Quartus dies luminū ortum habuit Solis, Lunæ ac reliquarum ſtellarum, atq; his opifex rerum cœlum exornauit, atq; eis motus, exortus, curſus, & occaſus deſtinauit, vt terræ ambitus per ea illuſtraretur, & menſura temporis à circuitibus eorum peteretur, præberentq; ijs, qui exortum earum rectiſſimè obſeruarent, magnam minimeq; fallacem certitudinem & vtilitatem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Matthæus Beroaldus.

Principio Deus Opt. Max. creatis cœlis, deinde affixis ijs ſideribus, quorſum illa condidiſſet, ex ſuo verbo demonſtrauit, quum Solē interdiu lucem præbere mortalibus, Lunam autem cum reliquis Stellis noctu idem præſtare iuſſit. Adhæc, iſta voluit eſſe in ſigna & tempora, dies, & annos, vt Geneſ. 1. perſpicuè docetur. Et ſigna quidem, quæ ſcriptura dicit othoth, intelliguntur prognoſtica tempeſtatum, quæ à nautis, agricolis, & medicis obſeruantur.

Nam Vergiliarum, item Arcturi & Orionis Caniculæ, ac ſimiliū ortus & occaſus, inſignes temporum conuerſiões notant. Ex quo non fruſtra talia animaduerterunt certi artifices, qui tempeſtatum ſignificationibus, ſua maturant vel differunt negotia, aut ea curant in tempore. Et ea quidem, nota & obſeruata fuiſſe populo Dei, teſtatur locus ille, qui eſt apud Iobum & Amos.

Michael Glycas.

Aliquid præuidere, deq; ſignis quibuſdam id, quod futurum ſit, obſcuriuſculè coniectare nos poſſe, citra contradictionem omnem fatemur. Nam in rebus adeò manifeſtis reſiſtere, diu ſanè nequeamus. Quanquam enim homo in Paradiſo peccauit, quanquam conceſſum ſibi vaticinandi munus atque beneficium amiſit: non tamen D E V S ille miſericors eum prorſus ſimilem euadere brutis iumentis permiſit. Quo fit, vt ſigna quædam ei ſuppeditet, de quibus interdum futura proſpiciat, eóque pacto ſecuritati ſuæ conſulat.

Peucerus.

Sintq; in ſigna) *id eſt, vt conſpecta ac conſiderata, de initijs, progreſſionibus, ac metis temporum, deq; illis quæ incidunt variationibus vi ſtellarum excitatis, moneant, atq; edoceant homines. Ergo eis tribuit, & hoc quod aliàs aliter cuncta elementaria afficiant, & quod eas affectiones ſuo poſitu præmonſtrent attendentibus.*

Aegydius Columnus Cardinalis.

Non tantum luminaria cœli ſunt ſigna inferiorum, ſed etiā cauſæ, vt quando rutilat cœlū prognoſticamur ſerenitatē, & ſic corpora cœleſtia nō ſolū ſunt cauſa illius rubidinis, quæ eſt ſignū ſerenitatis, ſed etiam ſunt cauſæ ſerenitatis, ideò tam ſunt ſigna quàm cauſæ,

ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ita vt negare, corpora cœleſtia habere effectum in hæc inferiora, ſit negare ſenſum cõmunem, cum ſenſibiliter experiamur, quod Sol nos calefaciat & Luna nos infrigidet.

Idem in alio loco.

Eſt cœlum primum in vniuerſo, vt Rabi Moyſes ait, ſicut cor in animali, cuius motus ſi ad horam quieſceret, ſtatim finiret animalis vita, & ſic eſt quaſi quædam vita in vniuerſo, quod res ſic agunt & patiuntur ad inuicem.

Plato.

Mundum & hoc quod alio nomine cœlum appellare libuit, eius circumflexu reguntur omnia.

Idem, in Timæo vitam nobis corporeã à ſtellis infundi affirmat.

Ariſtoteles.

Homo hominem generat & Sol, id eſt, parentes & cauſæ cœleſtes concurrunt in generatione hominis.

Idem lib. 1. Meteorum ſic ait:

Id, à quo initium eſt motus, proculdubio, cæteris etiam rebus, vim mouendi impertit. Ex hoc dicto Ariſtotelis colligi poteſt, quod, cum cœli motus primùm in natura extiterit, eius vim, ac efficaciam in rebus inferioribus, minimè in dubium vocari debere.

Idem in Meteorologicis.

Mundus hic inferior eſt contiguus ſuperioribus latioribus, vt vis vniuerſa ipſius inde gubernetur.

Idem Ariſtoteles 3. problem. 1. partis.

Plinius quoq; 2. libro ſuæ naturalis hiſtoriæ confirmat: Coniunctiones & aſpectus luminarium Planetarumq; ſecundum affectionem ſtellarum fixarum, propè quas contingunt, alios atq; alios effectus inducere.

Philo: Stellæ habent potentiam, ſed circumſcriptam, & afferunt neceſſarias vtilitates, quæ tamen non omnibus notæ ſunt.

Seneca ad Martium.

Vides micante vno ſidere omnia impleri: Solem quotidiano curſu diei noctisq; ſpacia ſignantem: Vides Lunam ſucceſſione à fraternis occurſibus lene, remiſſumq; lumen mutuantem & modò occultã, modò toto orbe terris imminentem: Vides quinq; ſidera diuerſas agentia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

gentia vias, & in contrarium præcipiti motu nitentia. Ex horum leuiſſimis motibus, fortunæ populorum diſponuntur, & maximæ ac minimæ perinde formãtur, pro vt æquum iniquumve ſidus inceſſit.

Hermes.

Sol & Luna poſt Deum omnium viuentium vita ſunt.

Cœlius Auguſtinus.

Cœli temperies hominum mores mutat.

Ioan. Bodinus.

Certum quidem illud eſt, ingenia & mores hominum ad humores ſæpè accedere, vt Galenus ait in libro, quod mores humoribus obſequantur.

Lactantius contra Epicureos cap. 4.

Ventorum & imbrium vis in eo eſt, vt morbos afferant.

Hippocrates de flatibus.

Aër mortalibus vitæ, & morborum ægrotis ſolus eſt auctor. Et Galenus in arte medicinali ſcribit: Ab aëre afficitur & mutatur corpus, quia aut caleſit, aut frigeſit, aut exciccatur, aut humectatur. Et cum venti plerunq; ſecundum motum Lunæ ac Planetamotu & qualitate certò ſequitur, etiam corpora noſtra ab eorum rum excitentur, affici.

Idem alibi de ſignificatione mortis & vitæ ſecundum motum Lunæ & aſpectus Planetarum, dicit: Quando Luna eſt lumine plena, tum creſcere ſanguinem & medullam in homine & beſtijs omnibus, idem fieri in mari & cunctis in rebus mundanis.

A pleriſq; Philoſophis & Phyſicis certò concluditur, locum Lunæ in partu, congruere cum loco conceptionis, hoc eſt, in quo ſigno eſt Luna tempore partus, in eodem etiam fuiſſe tempore conceptionis, vt ſi naſcitur infans in coniunctione Solis & Lunæ, id eſt, in nouilunio, conceptum fuiſſe etiam in nouilunio: id ſi verum eſt, vt plerique affirmant, certò & indubitatè ſtatuendum eſt, Lunam tàm in conceptione, quàm editione infantis ſingularem vim obtinere, ac nato infanti infundere, partumq; promouere aut retardare.

Quemadmodum etiam à nõnullis Philoſophis affirmatur, quod vniuerſa vis, quæ ex corporibus cœleſtibus defluit, ſit ex motu, lumine, & influxu, qui eſt virtus proficiſcens à dictis corporibus, quæ à

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

DEO mediantibus cauſis ſecundis & corporibus cœleſtibus, his inferioribus infunditur. Vnde ab Ariſtotele in Meteorologicis dictum eſt, Mundum hunc inferiorem eſſe contiguum ſuperioribus lationibus, vt vis vniuerſa ipſius inde gubernetur.

Plutarchus.

A Sole, Luna, ſyderibusq́; vitæ, motusq́; principia manant, quæ prouidentia nobis videnda præbuit, vt ſenſibilia ſanè ſint intelligibilium ſimulachra atq; incitamenta.

Cicero de Luctu inueniendo.

A Theophraſto memoriæ proditum eſt. Orbem terrarum Theatrum quoddam eſſe magnum Diuina mente repletum, & cœleſtis indicandæ ſapientiæ gratia, tam multis vndiq; collucentibus ornamentis illuſtratum ac depictum.

Arnobius lib.1.contra Gentes.

Affirmat quod ſyderum motus, certis ſignis, partibus, variorũ diſcriminum afferunt neceſſitates, & ſtatis temporibus, rerum viciſſitudines.

Lucius Columella.

Singulos dies Aſtronomica ratione obſeruari præcepit, tũ propter rei ruſticæ vtilitatem, tùm propter pericula quàm plurima euitanda, quæ moniti à peritis eius diſciplinæ cauere poſſumus.

Thomas Aquinas.

Ex Aſtrologia prædicere poſſumus diſpoſitionẽ corporis, motum ſenſuum ac res varias, aliquo modo etiam intellectum: Nam corruptis ex aliquo aſtro ſenſibus, intellectus etiam patitur: Voluntas autem nullo modo attingitur, liberaq; ſemper & incolumis permanet: Congruunt cum hac ſententia Damaſcenus, Scotus & alij. Nam Scotus vbi tradit dæmones futura ignorare, niſi aut coniectura vtantur, aut quæ è ſtellarum animaduerſione atq; à cœli motibus futura percipiant, aſſeuerat ex aſtris & cœli motu futura prædici poſſe.

Alio loco idem Aquinas ad fratrem Reginaldum.

Quia petijſti, vt tibi ſcriberem, an liceret iudicijs aſtrorum vti, petitioni tuæ ſatisfacere volẽs, ea quæ à ſacris doctoribus ſuper hoc traduntur, ſcribere curaui. In primis ergo oportet te ſcire, quod vir-

tus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tus cæleſtium corporum ad immutanda corpora inferiora ſe extendit.

Antonius Archiepiſcopus Florentinus tit.12. parag.6.

Corpora cæleſtia imprimunt in corpus humanum, & per conſequens in potentias ſenſitiuas, quæ ſunt affixæ corporeis organis. Vires aũt ſenſitiuæ, vbi ſurgunt, paſſiones inclinant ad actus rationẽ, non tamen cogunt.

Leonardus Varius Boneuentanius ordinis S.Benedictini.

Deus regit inferiora per ſuperiora: ex prædictis enim clarum & manifeſtum eſſe conſtat, cælum & ſydera in hæc inferiora corpora motu, ac lumine concomitante agere, quæ quidem actio regimen & gubernatio appellatur, Dei voluntate ſic imperante, atq; ordinãte, vt ſcilicet ſuæ diuinæ virtutis cælum eſſet vniuerſale inſtrumentũ.

Franciſcus Patritius in dialogo 3.

Eſt certò certius, quod inferiora hæc ſuperiorum facultate gubernantur. Nam & bella ipſa quadam aſtrorum vi mouentur, quæ hominum corda calefacit, & ad vindicandum excitat. Manifeſtumq́; eſt etiam, famem atq; peſtilentiam aëris vitio generatas ex cæleſti lumine habere originem, nec aliũde terræ motus hiatusq́; modò hoc, modo illo loco generari. Sũt enim terræ ſpacia certis cæli regionibus diſtincta, hæcq́; ſubiecta certis luminum aſpectibus, qui tempore & cæleſtium orbium conuerſione producuntur, & in ſubiectam regionem, eos quos modò dicebam effectus immittunt.

Mantuanus Theologus ac Poeta, ex Virgilio.

Hinc tempeſtates dubio prædicere cælo
Poſſumus, hinc meßisq́; diem, tempusq́; ſerendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conueniat, quando armatas deducere claſſes,
Aut tempeſtiuam in ſiluis euertere Pinum,
Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus

Appianus in Aſtronomico Cæſareo.

Apud omnes in confeſſo eſt, aſtra quædã diuinæ virtutis eſſe in-

ſtrumenta, per quæ vniuerſum illud gubernari credimus. Syderum enim opera, effectus ſeu inclinationes ſeu influentias dicas, diuinæ prouidentiæ quædam eſſe documenta, quis eſt, qui neget? Cùm nihil non in hoc mundo iuxta aſtrorum diſpoſitiones affici videamus, quamuis omnia in DEVM referri ſoleant. Quemadmodum autem non ſecuri operis cuiuſpiam ſtructuram tribueris, ſed fabro, qui hac vtitur: ſic aſtrorum effectus, qui motus eorundem conſequuntur, non ipſis aſtris, ſed DEO illa regenti, gubernantiq́; cauſæ, veluti primariæ aſſcribere debemus. Huiuſmodi aſtrorũ curſus & motus multiplices nobis cùm Deus Opt. Max. patefaciat, cœlumq́; ipſum tanquam librum apertum, in quo futura per ſtellarum & luminarium tranſcurſus ſignificantur, recludat. Pauca & nos ſuper his quæ ex eo nobis libro collecta ſint, dicere inſtituimus.

Henricus Ranzouius in libro de conſeruanda valetudine.

Secunda cauſa morborum & deſtructionis deprauationisq́; corporum noſtrorum, eſt ſiniſter & maleuolus ſyderum cœleſtium influxus, temperamentorumq́; infelicitas. Nam vti ſingulis rebus proprietates certæ ſunt ingenitæ, quas DEVS ab æterno naturalibus effectibus coaptauit: ita ſingularis quoq́; efficacia & vis diuinitus inſita eſt corporibus cœleſtibus, quæ DEVS non tantum propterea certo ordine ac magnitudine creauit, vt annos, dies, & menſes diſcernerent, ſed vt eſſent quoque nobis ſigna, ex quibus quædam rerum futurarum caperemus argumenta. Pendent enim inferiora ex ſuperioribus, & terrena à cœleſtibus, & cognatione quadam mutua inter ſe continentur. Proinde corpora ſuperiora occultam quandam vim & virtutem in hæc inferiora infundunt, per quam humores in corporibus noſtris mutantur, augentur, & diminuuntur ſecundum ſyderum poſitum & qualitatem. Et hoc quotidiana experientia, certiſſima rerum omnium magiſtra clarius euidentiusq́; docet, quàm vt vlla demonſtratione egere videatur. Si quis fidem dictis adhibere noluerit, Lunam mihi conſideret, quæ in humores præcipuè ſibi dominium vindicat, vt apertè conuincetur. Nam creſcente Luna creſcunt & humores, ſanguis & medulla in homine & beſtijs. Cùm igitur conſtet, humores in corporibus noſtris regi ab ipſis

ſupe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſuperioribus, ex malis autem corporum humoribus oriri morbos, ex morbis interitus, non immeritò ſanè mortis & cæterorum morborũ cauſa in corpora cœleſtia, aliqua ex parte refertur.

Richardus Dinothus Normannus de Aſtrologia.

Stellæ ſua quantitate, lumine, ſitu, curſu, mouent atq; ordinant omnem mundi materiam & locum eorum, quæ oriuntur & intereunt: Quocirca Aſtrologiæ ſtudium apprimè vtile & decorum cenſendum. Qui putāt inquiſitionem aſtrorum & ſecretarum virium ac influxionum ipſorum Dei prouidentiæ derogare, maximè falluntur. Nam ipſius Dei maieſtas magis illuſtratur, cum tam magnas res eum per creaturas ſuas efficere intelligimus.

Chriſtophorus Milæus

Cum Aſtrologi in terrena diuerſos effectus mutua quadam atq; ea narurali aſtrorum conſenſione & concordia influere cognoſcerēt, frequenti reditu obſeruatæ ab ijs ſunt rerum conuerſiones, incrementa atq; inclinationes, quæ præſentiri & prædici ab ijs poſſunt. Cuiuſmodi videmus ſerenitatis & tempeſtatum ſigna, ſterilitatis ac fertilitatis tempora, quæq; ad agriculturam exercendam pertinent, vt ſunt arationis, inſitionis, percipiendi, condendi, exſcindendi ligna, aut ſaxa: etiam ad nauigationum peregrinationumq; oportunitates, & idonea medicorum ad curationes tempora deligenda. Ex eadem cœleſtium conſenſione, cùm ijdem multos euentus, ſimilitudine ducti inter ſe conferrent, ex ſyderum quæ natalitia vocant, ſitu inquiſierunt, quæ cuiq; euentura, quo quiſq; fato natus eſſet: Vt inde mores, ingenium, corpus, animum, vitæ actiones, & ad quam maximè rem quiſq; aptus futurus ſit, cognoſcerent.

Pòſt accommodata actionum diuerſarum tempora, res calamitatum prænuncias, bella, morbos, eluuiones, æſtus ingentes, terræmotus, graues etiam Rerumpub. commutationes, quæ nulla cognitione hominibus conſtare poſſe videntur, inueſtigare ſolent. Omnis autem de aſtris ſcientia vtrumq; Aſtrologiæ & Aſtronomiæ nomen habuit: in qua magni viri, etiam principes ſtudioſè ſunt verſati. Antiquiſſimis namq; temporibus maximi & diuini honores eidem communibus animis deferebantur, & earum rerum contemplatoribus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

atq; amplificatoribus ſumma præmia publicè ſolita erant poponi.

D. Cornelius Gemma Louanienſis.

Ex Aſtrorum influxu, ſi Methodus adſit, plurima præſagiri puto, quæ ad naturam corporis ac temperamentum pertinent, quæq; ad valetudinis ſtatum. Quæ verò ad propenſiones animorum, ad hæc vel illa ſtudia, & vitiorum ſemina referũtur, ſignificari interdum, ſed maiori virium interſtitio, quo plurimum eneruantur, ac velut ex accidente pertingunt, præſertim, quando immutent amplius parentum indoles, patria, conſuetudo & educatio. Porrò quod reliquũ eſt, electiones operum in pluribus valent.

Ioannes Bodinus.

Licet igitur, ſemperq; licuit cœleſtium luminum virtutem inquirere, modò in cauſis naturalibus conſiſtatur. Nam in eo verſatur DEI gloria, quod per creaturas ſuas facit res tam mirabiles. Hæc ſententia Damaſceni: hæc Thomæ Aquinatis in libro de ſortibus, & altero de Iudicijs Aſtrologicis: hæc Scoti. Et verè Aſtrologia, effectorum cœleſtium notitia, à Deo donata eſt. Sed Deus eſt ſuperior omnib. iſtis, & qui confidit Deo, hic nihil ab aſtris debet metuere, atque tantundem Ptolomæus dicit: Imperare cœlo ſapientem: Itemq;,

——rerum fato prudentia maior.

Et Abraham Aben Eſra, maximus inter Iudæos Aſtrologus filios Iſraelis, ait, non ſubijci aſtris qui confidunt Deo. Qui verò non timet dominum, inquit Salomon, tranſibit ſub rota, cœlum proculdubio, his verbis virtutesq; & influentias obliqui circuli, id eſt, Zodiaci denotans.

Contra fata Valent Deus & prudentia tantum,
Vir pius & prudens vincere fata poteſt.

Sixtus ab Hemminga Nobilis Friſius.

Nemo hercle ſanæ mentis negat, generalem vim quandam trãſmitti à cœleſtibus corporibus ad inferiora, illa nimirum agere, hæc pati.

Idem Hemminga in Epiſtola ad Henricum Ranzouium.

Cœlum expanſum, & infinitis luminibus exornatum, repræſentat

ſtat nobis imaginem libri æternitatis, ſed, cuius literas, lectionem, & intelligentiam perfectè non tenemus. De effectu ſiderum autem in elementis, & ijs, quæ ex elementis conſtāt, meritò nihil addubitamus, ſed cuius minimam tantum partem percipimus, non talem, neque tantam, quæ per deductionem cauſarum ex effectibus, ad perfectam futurorum cognitionem nanciſcendam, ſufficiat.

Lambertus Daneus, in ſua Phyſica. cap. 31.

Primus, vt illa corpora ſuperiora, eſſent rerum inferiorum maximè terrenarum, tum gigendarum & conſeruandarum, tum etiam terminandarum & finiendarum ſecundæ quædam cauſſæ, quibus Dominus ordinariò quidem vtitur: quanquam eas tamen, cum illi viſum eſt, prorſus omittit, nec eadem deſinit infinita illa omnipotentia ſua producere, quæ illis adhibitis ſolet. Quoniam nō modò loco ſuperiora ſunt iſta corpora cœleſtia (atq; motus, quidam conſenſus eſt inter omnia Dei Opt. Max. opera,) ſed etiā vi quadam ſibi à Deo infuſa in res iſtas inferiores temperamenta ac qualitates partim inijciunt, partim mouent & excitant, per quas iſtæ res terrenæ vel producuntur & conſeruātur, vel etiam flacceſcunt, marceſcunt, & tandem intereunt & corrumpuntur. Has qualitates ex iſtis corporibus dependentes & effectas vulgo cœleſtium corporum influentias appellant, quæ non è terrena aut elementari regione in cœleſtem aſcendunt, & influunt, ſed ex cœleſti illa & ſuperiori in hanc terrenam & inferiorem deſcendunt.

Idem cap. 32.

In quas res habent vires corpora cœleſtia, eatenus tantum habent, quatenus vires rebus à Deo iam inſitas non tollant, aut aboleant, aut immutent, nouamq; legem, aut conditionem illis nō afferant: Itaq; excitant duntaxat iacentes in ijs rebus vires, ſemina actionum latentia corroborant: qualitates iā inditas & infuſas rebus inferioribus mouēt, vt quali lege hæc inferiora Dominus eſſe & conſiſtere voluit, ita eorū quodq; in ſuo genere ſub ea conditione, & lege à cœleſtibus corporibus cietur, & impellitur. Deniq; ipſamet cor-

pora

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

por a cœleſtia nequaquã ipſa agũt, ſi propriè loqui volumus: Sed omnino à Deo aguntur & à natura, id eſt, à lege ſibi impoſita.

Apud Iobum dicit Deus cap. *38.*

Scíſne leges cœli, tunc poteſtatem cœlo daturus es, quam habet in terram. Ex his conſtat, cœlum habere leges & poteſtatem in terra. Nam hic textus indicat potentiam, quam Deus corporibus cœleſtibus indidit, in hunc elementarem mundum. Quia Deus creatis cœlorum luminibus edixit, vt ſint temporum, annorum, dierumq́; ſigna, quod ad commoditatẽ numerandi dies referre, fuerit ridiculum, quia tot ſtellarum centena millia eſſent inania. Quorum perennes motus ac perpetuos cum admirabili incredibiliq́; conſtantia & conſenſu inter ſe atq; conuenientia immutabili cernimus. Hæ ſine dubio non ſunt ocioſæ, aut ſupputandi dies ſiue ornatus cauſa comparatæ, ſed ad alios vſus longe potiores à Deo Opt. Max. deſtinatæ.

Malachias Propheta dicit.

Sanitatem eſſe ſub radijs Solis, quos ille alas venuſtè appellat, atq; his foueri & conſeruari hominum incolumitatem affirmat. Et Dauid Pſal. 121. dicit: Per diem Sol non lædet te, neq; Luna per noctem. Ex his Scripturæ locis conſtat, ſtellis inditas eſſe virtutes à DEO, quibus non aër tantùm variè afficitur, vt nonnulli exiſtimant, ſed homines, & ſecundum voluntatem eius nunc conſeruantur incolumes, nunc lædi ſe ſentiunt, planè ἀπρονοήτως, & quemadmodum DEVS curſum ſtellarum aſſiduè moderatur, ita vires earundem temperat, ne quid piorum cœtui inde periculi aut noxæ exiſtat. Quemadmodum & ſuccos venenatos ſine noxa aut periculo Chriſtus bibituros ſuos diſcipulos affirmat.

Ieremias cap. 10. ait.

A ſignis cœli nolite timere, quæ timent gentes. Nominat ſigna: Ergo portendi his aliquid deſignat, nec contemni vult, aut Epicureo riſu ab hominibus excipi, ſed Deum propter hæc ſigna ſolum eſſe timendum docet, quaſi dicat: Nolite timere ſigna, quæ timent gentes, ſed potius DEVM ſignorum & ſtellarum opificem, qui ſuam iram & iudicia ipſis ſignis denunciat. Quantum enim prodigiorum, Eclipſium, fœdarum coniunctionum anteceſſere excidium Hieroſoly-

mæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

mæ ex hiſtorijs conſtat, quæ profectò nō caſu proueniebant, ſed eam ipſam ob cauſam à Deo proponebantur, vt populo iſti horrendas clades & politiæ excidium annunciarent. Neq; verò propterea nulla vis ineſt ſtellis, aut alijs à Deo propoſitis ſignis, quod timere nos ab his vetat ſpiritus Sanctus. Nam & à diabolo & à Tyrannus, qui in corpora piorum ſæuiūt, ſecuros & vacuos metu nos eſſe iubet Chriſtus: non quod nulla diabolo, aut Mundo ad nocendum vis ſit, aut potentia, aut quod audiens hunc leonem rugientem nemo exhorreſcat: (quis enim exuere omnem metum in hac vita tot periculis circumuallata queat?) ſed quod erectos fiducia protectionis Diuinæ, ita aſpicere nos formidabilem huius mundi potentiam, aut immane diaboli robur velit, ne metu fracti à Deo deficiamus, aut fidem abijcientes alia nobis numina fingamus. Nam qui ſub prouidentiæ & protectionis diuinæ ſcuto latent, eos neq; fulmina de cælo incautos feriunt, neq; aſtra ſiniſtris, aut maleficis radijs ſuis de ſtatu deijciunt, neq; diabolus cum toto ſatellitio ſuo ſeparare à dilectione Dei poteſt. Imò quod eſt apud poetam, Si fractus illabatur orbis, impauidos ferient ruinæ.

Lucæ 12. cap.

Dicebat autem ad turbas, cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis nimbus venit, & ita fit, & cum Auſtrum flantem dicitis, quod æſtus erit & fit: Hipocrytæ faciem cœli & terræ noſtis probare &c. Ex quo dicto colligitur, tunc temporis etiam ſigna ſumpta eſſe ex cœlo & nubibus, & à Iudæis faciem cœli etiam eſſe conſideratam.

Matthæus cap. 17. dicit.

Curaſſe Ieſum Lunaticum, qui ſæpe cadebat in ignem, & crebro in aquā. Is abſq; dubio ſecundum motum Lunæ fuit correptus. Vnde ſequitur, Deum Lunæ vires aliquas in morbis afficiendis tribuiſſe, & ſecundis cauſis in hæc inferiora poteſtatem aliquam, ſecundum ſuum beneplacitum permiſiſſe, & ijs tanquam inſtrumentis etiam nunc vti.

In actis Apoſtolorum cap. 7. in oratione Stephani hæc leguntur: Auertit autem ſe Deus, & tradidit eos in ſeruitutem exercitus cœli ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum (Amos 5.) Quæ verba

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ego ſic intelligo, quod Deus eos ſub dominio ſtellarum conſtitutos reliquerit. Exercitus enim ſiue militia cœli, hic non de dæmonibus aut malis Angelis intelligi poteſt, multò minus de bonis: Sed de ſtellis & ſyderibus, vt etiam præcipui patres id ex textu Deuteron. cap. 17. interpretantur.

Ex quibus colligitur, Deum ſingulares vires ſtellis indidiſſe, & has tanquam milites ſui exercitus ſæpiſſime vagari permittere.

Ex his præcedentibus planè conſtat, Elementa & quæ ex his oriuntur corpora, perpetuò affici corporibus cœleſtibus, & aſtra eſſe ſigna (ſignum autem dicitur, cùm per hoc, quod videtur aliud indicatur) Sunt enim velut typographi, quorum characteribus primùm animus noſter eſt informatus: & appellantur à patribus, vates, præcones, exercitus cœleſtes, legati mandata Dei exequentes, & angelorum. Et horum miniſterio vtitur Deus ferè ſemper, vt medijs, & tanquam cauſis ſecundis, quanquam multa peragit, illis non adhibitis imò excluſis, & ſic vtendo conſeruat illorum efficaciam & virtutes, quas illis ab initio creando infudit, impertiuit, & dedit, & ſinit eas tales exercere, quoad illi libitum, & apud ipſum ab initio decretum fuit.

Sydera ſunt in ſigna, in tempora lucis, & annos.

Eccleſ. cap. 2.

Omnia tempus habent, & ſuis ſpacijs tranſeunt vniuerſa ſub cœlo. Eſt tempus naſcendi, & tempus moriendi, tempus belli & tempus pacis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

SEQVVNTVR VERAE AC MIRABILES TAM IN AERE, QVAM HOMINIBVS PRAE-

dictiones inopinatorum euentuum, quos omnium temporum diuerſi Aſtrologi ex vario ſtellarum concurſu & configuratione cœliq; poſitu deſcripta, vel ſub horam ortus natiuitatis figura, vel cœli ſchemate in coniunctione aut oppoſitione Solis & Lunæ depicto collegerunt.

TAcitus ſcribit: Paucos mortalium eximi, quibus non primo cuiuſq; ortu euentura à natura deſtinentur: Cuius clara documenta, antiqua ætas & ſua tulerit, & iam etiam noſtra vidit, ſed quædam ſecus, quàm dicta ſunt cadere, propter ignorantiam artificum, & ita corrumpi fidem artis.

Quod meo iudicio etiam fit propter falſam temporum relationem, ac propter partium, minutorumq́; labẽtium celeritatem, & velociſſimum ſyderum cœli, pronumq́; rotatæ vertiginis curſum, & propter imperfectam, & nondum exactè cognitam omnium motuum cœleſtium diſciplinam.

Quæ enim eſt anguſtia humani ingenÿ tam corrupti in tam breui vitæ noſtræ ſpacio, perfectè omnia, quæ ad artem illam conſtituendam pertinent, quemadmodum & in cæteris ſuperioribus diſciplinis, capere non poteſt. Et vel leuis error in temporis notatione commiſſus totam calculi rationem peruertit: vt non tantum in cæteris artibus, ſed potiſſimum in Aſtrologia, quod ad calculi errorem attinet, nimis verum ſit, quod dici ſolet: Ex falſis nihil veri ſequitur: atq; id non tam arti, quàm his, qui eam parum dextrè tractant, ſit tribuendum.

Nemeſius in cap. de fato, inquit: quod Aegyptÿ ſapientes ſta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tuerint, fatum in aſtris poſitum eſſe, ſed precibus ad DEVM flecti & mutari.

Hoc modo fecerunt fatum ex aſtris rerum contingentium non neceſſariarũ, & notauerunt cuiuſq; vitam ex natali die, quem ipſi præ cæteris prædictionibus Aſtrologicis maximè accommodatum commendauerunt. Quod Herodotus etiam affirmat dicens: Aegyptios ad indicatũ cuiusq; partus momentum, de vitæ curriculo, ingenio, conditione, atq; fato mortis vaticinari ſolitos.

Cicero dicit in libro de Diuinatione: Chaldæos ex longa diuturnaq; ſyderum obſeruatione, ſciẽtiam effeciſſe, vt prædici poſſet, quid cuiq; euenturum, & quo quiſq; fato natus eſſet.

Et qui hæc Chaldæorum natalitia prædicta defendunt, vim quãdam eſſe aiunt ſignifero in orbe, qui Græcis Ζωδιακὸς *dicitur, & quidem talem, vt eius orbis vnaquæq; pars, alia alio modo moueat, immutetq; cœlum: Perinde vt quæq; ſtellæ in his finitimis partibus ſint quoq; tempore: eamq; vim variè moueri ab ijs ſyderibus, quæ vocantur errantia.*

Cùm autem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus eius qui naſcitur: aut in eam quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens: ea triangula illi, & quadrata nominant. Etenim cum tempora, anni, tempeſtatumq; cœli cõſeruationes commutationéſq; tantæ fiant, accenſu ſtellarum & ortu: cúmq; ea vi Solis efficiantur, quæ videmus: non veriſimile ſolùm, ſed etiam verum eſſe cenſent: perinde vtcunq; temperatus ſit aër, ita pueros orientes animari aut formari: ex eóq; ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, caſus cuiuſque euentúſq; fingi.

Cenſorinus ad Q. Cerellium cap. 8. Ante omnia dicunt Chaldæi, actũ, vitámq; noſtrã ſtellis, tam vagis quàm ſtantibus eſſe ſubiectã, earúmq; vario multiplicíq; curſu genus humanũ gubernari.

Et cap. 9. Sunt particulæ in vnoquoq; ſigno tricenæ: totius verò Zodiaci numero 360. has μοίρας *Græci vocant, & hæ particulæ nobis velut fata ſunt: Nam quo potiſſimum oriente naſcantur, plurimum refert.*

Valerius Maximus ait: humanæ vitæ conditionem præcipuè primus & vltimus dies continet, quia plurimum intereſt, quibus

auſpicijs

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

auſpicijs inchoetur, & quo fine claudatur: Ideóq; eum demum felicem fuiſſe iudicamus, cui & accipere lucem, & reddere placidè contigit.

Iuuenalis Satyra 7.

——————diſtat enim quæ
Sydera te excipiant, modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.
Ventidius quid enim? quid Tullius? ánne aliud quàm
Sydus & occulti miranda potentia fati,
Seruis regna dabunt, captiuis fata triumphos.

Manilius.

Quod ſubitæ veniunt validorum in corpora mortes,
Ex ipſis quidam elati rediere ſepulchris,
Atque his vita duplex, illis vix contigit vna,
Ecce leuis perimit morbus, grauiorq; remittit:
Succumbunt artes, rationis vincitur vſus,
Cura nocet, ceſſare iuuat, mora ſæpè malorum
Dat cauſas, læduntq; cibi, parcumq; venena,
Degenerant nati patribus, vincuntq; parentes.
Quin etiam infelix virtus, & noxia fœlix
Et malè conſultis precium eſt, prudentia fallit,
Nec fortuna probat cauſas, ſequiturq; merentes.
Sed vaga per cunctos nullo diſcrimine fertur.
Scilicet eſt aliud, quod nos cogatq; regatq;
Maius & in proprias ducat mortalia leges,
Attribuatq; ſuos ex ſe naſcentibus annos.

Idem.

Longáq; per certos ſignantur tempora curſus,
Naſcentes morimur, fińiſq; ob origine pendet.

Thomas Morus.

Scilicet ex illa, qua primum naſcimur hora,
Prorepunt vincti, vitaq; morsq; pede.

Anonymi cuiuſdam.

Creſcentes morimur, finem ſimul indicat ortus.

Exempla prædictionum.

Methodius & Nauclerus ſcribunt Noham genuiſſe quartum filium, quem vocauit Ionichum, tertio anno poſt diluuium. Hunc fuiſſe ingenij eminentiſſimi, & Aſtrologiæ peritiſſimum, qui ſyderum curſus & ſtellarum habitudines ſit cõtemplatus. Qua quidem diſciplina ortum pariter & occaſum quatuor regnorum principalium præuiderit atq; docuerit, & quod filij Cham in Aſſyria primùm: & poſt illos filij Sem in Perſia & Græcia: poſtremò filij Iaphet regnaturi eſſent in Europa.

Ioſephus narrat, vt & Suidas, ſacrorum ſcribam prædixiſſe regi Pharaoni, natiuitatem Moyſis allaturam cladem AEgypto: quo interempto Hebræis ſpem & fiduciam, AEgyptijs metum ademptum iri: Sed tamen Moyſes eſt educatus, & primò plagas AEgyptijs intulit: deinde rege eorum in mari interfecto, Iſraëlitas ex Aegypto in libertatem deduxit.

Priſcus à Diodoro Siculo nominatur Aſtrologus Beleſus, qui ſuæ ſcientiæ prædictionibus impulerit & confirmauerit Medos, ad inuadendum & occupandum Imperium Aſſyriorum.

Et ſic ſcribit:

Beleſus Babyloniorum Dux, inter Chaldæos Aſtrologiæ, diuinationisq; peritiſſimus, Arſaci Medorum præfecto prædixit, imperio omnium, quibus Sardanapalus regnaret, proculdubiò potiturum, tam fauſto poſitu ſyderum ipſius geneſin moderante. Hac ſpe elatus Arſaces, cùm Babylonijs & Arabibus ſocietatem inijt, bellumq; apertum contra Sardanapalum molitur. Cognita defectione, Sardanapalus ingentem exercitum aduerſus eum ducit, & ter acie victor euaſit. Tot aduerſis caſibus attoniti duces fœderati, domũ redire decreuere. Sed Beleſus ſub dio pernoctans, ex aſtrorum obſeruatione prædixit, paucos poſt dies auxilia illis aduentura, resq; illorum in melius ceſſuras.

Vaticinio Beleſi ducibus confirmatis, & promiſſum tempus expectantibus nunciatur, Bactrianorum exercitum, quem rex expectabat, aduentare: Viſum Arſaci cum expedita manu obuiam proficiſci, vt Bactrianis defectionem perſuaderet. Collectis itaq; ex toto exercitu fortiſſimis contra Bactrianos pergit: quos cùm in partes

ſuas ſine conflictu traduxiſſet, noctu in caſtra Sardinapali nihil tale à toties deuicto hoſte timentis, acriter inuectus eſt, quæ nullo negotio expugnauit: poſtea in patentibus campis duobus prælijs copias regias, quæ intactæ euaſerant, cum maxima earum ſtrage fudit & fugauit, fugientes perſecutus in vrbem Niniuen compulit, arctiſſimeq́; obſedit, eaq́; poſt biennium expugnata imperium Aſſyriorum ei tradidit. Sic Beleſi vaticinium non vanum apparuit.

Haliabenragel prædixit ex geneſi, puerum quendam natum prophetaturum, vt refert Conciliator, & multi alij. Alcabitius narrat, Haliabenragelem ſcripſiſſe, quod huius pueri aſcendens fuerit 8. gradus libræ, terminus Mercurij, & quod habuerit in eo Iouem, Venerem, Martem, & Mercurium.

Saccharæ Babyloniorum Regi prædixerunt Chaldæi, futurum ei ex filia nepotem, qui regnum ipſi, nimirũ Auo, erepturus eſſet, quod ita cõtigit. Etſi deſtinauerat auus nepotem natum interficiendum, tamen educatus eſt, & ad regnum peruenit. Oland. AElianus.

Anaxagoras Clazomenius, qui vixit tempore Periclis, cuius præceptor fuit, inſignis & præclarus in contemplanda rerum natura habitus, fatale exitium totius Græciæ antè prædixiſſe dicitur. Qui cùm primus de Lunæ defectionis cauſa fuiſſet auſus ſcribere, ab Athenienſibus in carcerem coniectus vix eſt Periclis precibus ſeruatus. Nam ſydera putabant Athenienſes eſſe Deos, nec naturali ratione, & lege cõtorqueri credebant, ſed ſe ipſa pro ſuo arbitrio circumducere exiſtimabant. Idem rogatus, cuius rei cauſa natus eſſet, inſpiciendi, inquit, Cœli, Solis, & Lunæ. Laërt. lib. 2. & Plin. lib. 2. cap. 60.

Idem, quod in Olympijs, cùm aliàs, tum in ſiccitate maxima pluiturum prædixiſſet, pro Deo habitus eſt.

Idem etiam ex cœleſti literarum ſcientia lapidem è Sole caſurũ prædixit, qui poſtea ad Aegos flumen Thraciæ, anno 2. Olympiadis 78. decidit.

Diodorus Siculus ſcribit: Alexandro prædictam eſſe à Chaldæis contra Darium victoriam: Quemadmodum & Antigono, Nicanori, Seleuco, adeóq́; priuatis etiam hominibus futura ita euidenter ijdem prædixerunt, vt mira, & vltra hominis ingenium hæc res

eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

eſſe putetur. Aiunt enim Planetas plurimum, vel ad bona, vel ad mala conſequenda in generatione conferre, per q; eorum naturam & affectum cognoſci maximè, quæ ſint hominibus euentura.

His denuò admonendum eſſe cenſeo, quod ſub nomine Chaldæorũ, Mathematici, & Aſtrologi, & Genethliaci intelligãtur. μεγάλη γὰρ τις ἐμπειρία περὶ χαλδαίους εἶναι δοκεῖ, καὶ παρὰ τούτοις ἡ τήρησις τῶν ἄστρων ἀκριβεστάτη· *ut ſcribit Diodorus Siculus.*

Alexander Magnus deuicta atq; in ſuam poteſtatem redacta India vniuerſa, cùm exercitu victor reuerſus eſt Babylonem: quam vrbẽ aulæ habendæ delegerat. In itinere verò admonitus fuit à Chaldæis Aſtrologis peritiſſimis atq; inprimis Belophante, quem cæteri tanquam auctoritate & doctrina præ alijs eminentem ad hoc munus delegerunt, ne vrbem rex ipſe introiret. Fore enim ſi vrbem ingrederetur, vt non multo poſt vitam cum regno amitteret. Eo vaticinio haudquaquã vano, cũ animus regis percelleretur grauius, atq; is præmiſſis in vrbem amicis deflectere ab itinere inſtituto ſtatuiſſet, non tantum gnatones aulici, qui regiæ vrbis ſplendore & delicijs capiebantur, ſed etiam Philoſophi contemnere regem prædictiones Aſtrologicas, & depoſito omni metu ingredi vrbem regiam iuſſerunt. Horum igitur conſilio cum credulus nimium obtemperaſſet, atq; vrbem ingreſſus, Hepheſtioni funus feciſſet ſumptuoſiſſimum, paulò pòſt ardentiſſima febre ex vſu vini immoderatiore correptus, fatalem diem obijt, exitu triſtiſſimo adulatorum vanitatem in ridendis prædictionibus Aſtrologicis refellens. Appianus lib. 2. ſcribit eum veneno necatum.

Narrat idem Diodorus, Seleucũ ſcripſiſſe, Chaldæos prædixiſſe ſibi Alexandri interitum, & partitionem regni in 4. duces. vnde Seleucus hanc vtilitatem conſecutus eſt, quod talia præſciens ſua conſilia melius in illum euentum dirigere, & occaſionem oblatam ad optatum exitum perſequi potuit.

Non multò poſt Alexandri mortem, cum Seleucus Babylonis eſſet Satrapa, & Antigonus rationes ab eo ſuperbè repoſceret, metuens potentiam Antigoni Seleucus, in Aegyptum ad Ptolomæum confugit, vt eius præſidio ſe muniret: Eam fugam magna cum voluptate audiuit Antigonus, quod ſperaret regnum Babylonis à Seleuco de-

ſertum ſine negotio ſe occupaturum eſſe. Sed cùm Chaldæi ad ipſum veniſſent, & dicerent: Seleucum, ſi ex manibus dimitteretur, paulò pòſt dominum fore totius Aſiæ Minoris, & ipſum Antigonum prælio à Seleuco deuictum interiturum: Antigonus, qui alioqui contemnere illas Aſtrologorum prædictiones ſolebat, motus dignitate atque auctoritate eorum, qui talia nunciabant, non leuiter eſt conſternatus: itaq; equites miſit, qui Seleucum perſequerentur, & ex fuga retraherent. Sed & illi re infecta redierunt, & nõ multò pòſt Seleucus interfecto in acie Antigono, & Aſia Minore ſubacta, prædictionibus Chaldæorum fidem fecit. Diodorus.

Beroſus, Eudoxus, Guidius, Ariſtoteles & Empedocles apud Græcos: Aratus, Iulius Firmicus, M. Manilius, & alij clari ſapientiæ auctores, quos fama vulgauit, periti cœleſtium fuerunt, ac diuinas prædictiones, decreta ſtellarum, & vim fati poteſtatemq; ſubtili inquiſitione collegerunt, & hoc inter cætera annotarunt: illos qui ſub Delphini ſydere in lucem editi fuiſſent, petaminarios eſſe, hoc eſt, præcipua pedum pernicitate valere. Latini Græcos imitati petauriſtas vocant, qui volare quaſi in aëre videntur. Quemadmodum noſtra ætate vidimus multos, qui Pegaſum feliciter in Horoſcopo poſitum haberent, ſaltu omnes æmulos facilè ſuperare. Eos quoq;, qui ſub Piſcis aſtro, certo curſu ſtationibusq; ſyderibus conſtitutis editi eſſent, nando plurimum valuiſſe, & horum aliquot exempla recenſet Alexander ab Alexandro Neapolitanus Iureconſultus.

Franciſcus Patricius Senenſis, lib. 9. de Regno ita ſcribit: Non inficiandum eſt, quoſdam ex ſyderum benignitate aptiores ad gratiam ineundam eſſe, additque aſtrorum ratione prædici poſſe, quali quiſq; natura, & ad quam maximè rem aptior futurus ſit: idq; omnes veteres Aſtronomi teſtantur: Et Nigidius Figulus clarè edocuit. Præterea noſtræ ſydera natiuitatis inter ſe conuenientia, congruentes etiam inter ſe animos producunt. Quod non modò Hipparchus, Bithinius, Eudoxus, & Plato, alijq; plures ex eadem diſciplina teſtantur: Verum Heſiodus, Aratus, & plerique alij veteres Poëtæ etiam affirmant: quod imitatus Perſius cum ad Cornutum ſcriberet, ait:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo
Conſentire dies, & ab vno ſydere duci
Neſcio quod certum eſt, quod me tibi comparat aſtrum.

Liuius commemorat ante infauſtam pugnam Perſei, Eclipſin Lunæ accidiſſe, quam tunc quoq; nō falsò Macedones, vt triſte prodigium, occaſum regni, perniciemq́; portendere interpretabantur.

Hanc Eclipſin Sulpitius Gallus, qui conſul poſtea cum Marco Marcello fuit, tunc Tribunus militum, in concione futuram prædixit, & rationem defectus vtriuſq; luminis addidit, & de cœli ratione & ſyderum natura peritiſsime coram exercitu diſputauit. Plin. lib. 2. cap. 2. Val. Max. lib. 8 cap. 11 ex quo colligitur, Tribunos & præfectos militum etiam eo tempore huic arti operam nauaſſe Nā nemo ſine ſcientia ſingulari in Aſtrologia verum tempus defectus luminarium prædicere vnquam potuit.

Plutarchus in vita Pauli AEmylij deſcribens pugnam cum Perſeo, de hac Eclipſi ita ſcribit? Cùm milites cœnaſſent, & quieti ſomnoq́; indulgerent; Luna obſcurari cœpit, ac deficiente lumine, multisq́; coloribus mutata, tandem nuſquam apparuit, Romanis, vt con ſuetudo erat, tinnitu æris lumen eius reuocantibus, & ignes multis facibus ad cœlum tollentibus, nihil ſimile à Macedonibus factum: ſed metus ac horror caſtra eorum habebat, ac ſermo clam per multos erat, defectum regis per id oſtentum ſignificari, quod & accidit.

Aemilius autem, licèt non ignarus variorū defectuum, & quomodo Luna in vmbram terræ delata abſcondatur, donec iterum relúceſcat: tamen religioſus ſacrorum cultor, vt primùm Lunam deductam conſpexit, vndecim tauros ei mactauit.

Thales vnus ex ſeptem ſapientibus Græciæ, vixit Mileti, & primus omnium Aſtrologiæ ſecreta prodidit, de Vrſa maiore diſſeruit: vt ait Callimach. & ordinauit annū Ionicis ciuitatibus, & Attica, rectè monſtratis æquinoctiorum temporibus, & interuallis, & ſcripſit Meteora carmine. Is ſub Aſtyage defectum Solis, primus prædixiſſe fertur, vt Cicero ſcribit, alij aſcribunt hoc inuentum regi Atreo, alij Anaxagoræ. Sabellicus affirmat Thaletem in ſexcentos annos Solis & Lunæ curſum præcinuiſſe.

Idem cum oſtendere vellet Aſtrologum, haud difficulter, ſi vellet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

let, opes colligere poſſe, eo anno, quo vberem rerum omnium prouentum ex aſtris præuiderat, vaſa quot potuit coëmit, in quibus res terra natas, reconderet, quibus creſcente paulò pòſt precio, diuenditis, magnas inde opes congeſſit.

Hanc hiſtoriam alÿ ſic referunt, vt Ariſtoteles in Politicis, & Laertius in eius vita, cùm ei paupertas obÿceretur, & ex aſtrorum contemplatione ſequentem annum oleis vberrimum fore præuidiſſet, venditores præoccupauit, diu antè olearum eius anni fructibus emptis ex Mileto & Chio inſulis, haud admodũ grandi precio, quòd aliquot iam annis ante vber olearum fuerat prouentus. Itaque cùm vt præuiderat, eo anno copioſæ oleæ, poſteroq; infœcundæ iterum fuiſſent, ingens lucrum ex coemptis conſecutus apertè oſtendit, quantum ex ea arte lucri capere poſſent, qui ſtruendis opibus operam dare cuperent.

Diogenes Laertius de Thalete Mileſio hos verſus profert.

Hunc quem nutriuit Mileſia terra Thaletem,
Aſtrologum primi nominis ipſa tulit.

Democritus ſcribente Plinio primus, cùm terris cœli ſocietatem eſſe intellexit ſpernentibus hanc curam eius opulentiſsimis ciuium: præuiſa verò ex futuro Vergiliarum ortu olei raritate, in toto tractu omne oleum coëmit, & diuitias inde comparauit: vt etiam Athenis Sextium è Romanis ſapientiæ aſſertoribus feciſſe idem ſcribit.

Idem Democritus, vt ait Clemens in ſtromatibus, ex cœli & ſublimium rerum obſeruatione multa prædicẽs, ſapiens cognominatus eſt: Cumq; eum perbenignè Damaſus excepiſſet, ex quibuſdã ſtellis capta coniectura multo tempore meſſis futuram pluuiam prædixit. Quod Damaſus credens, fructus collegit: alÿ autem hoc negligẽtes, propter inopinatam ſubitò ingruentem pluuiam omnia amiſerunt.

Chilo Lacedæmonius de Cytheris inſula in Laconico ſinu ſita, prædixit: vtinam hæc nunquam fuiſſet, aut certè ſimul ac nata eſt ſubmerſa eſſet. Democritus enim Lacedæmone fugiens Xerxi ſuaſit, vt in ea inſula naues ſubduceret. Cui conſilio, ſi Rex paruiſſet, Græciæ Dominus fieri potuiſſet.

Pherecides Syrus, Sittaci auditor, hoſpiti ſuo Perilao cõſuluit, vt

cum tota familia ex vrbe Meſſana migraret, Illo autem negligente monita, Meſſana paulo pòſt ab hoſtibus capta eſt.

Scilla non modò ſuum præuidit interitum, verùm quodammodo eum ſcriptis commendauit: Nam vigeſimum ſecundum Commentariorum librum biduo antequam mortuus eſt ſcribendo finem fecit, in quo Chaldæos ſibi prædixiſſe affirmat, quod cùm beatè vixiſſet, in ipſo felicitatis vigore moriendum ſibi eſſet. Plutarch.

Publius Nigidius, vbi horam, qua in lucem editus erat Auguſtus, audiuit, non dubitauit affirmare, Dominum orbis terræ natum eſſe, auctore Tacito, Dione, Volater. De quo Lucanus lib. 1.

At Figulus cui cura Deos ſecretaq; mundi
Noſſe fuit, quem non ſtellarum Aegyptia Memphis
AEquaret viſu numeriſq; mouentibus aſtra.

Xiphilinus ex Dione hunc locum ſic narrat: Nigidius Figulus Senator, ſtatim Auguſto prædixit imperium, nouerat is ſupra omnes homines ſuæ ætatis totius cœli ordinem & curſum, tenebat ſtellarum vim atque differentiam, quid ipſæ aut per ſe, aut cum alijs coniunctæ poſsint & efficiant, quorum etiam ſtudiorum cauſa culpatus eſt, quaſi magicis artibus vteretur. Is igitur vt vidit Octauium ſerius propter partum vxoris in curiam venientem (nam tunc fortè Senatus erat) ſtatim exclamat: Nobis Octaui Dominum genuiſti: Deinde ea re perculſum Octauium, atque idcirco puerulum necare volentem prohibuit: Nam vt hoc modo filius tuus, inquit, moriatur, fieri certè nullo modo poteſt.

Idem Publius in hac diſciplina plurimum claruit. Nam cum diſputaretur, cur gemini diuerſa fata haberent, qui geniti & orti ijſdem ſyderibus eſſent, ipſe ſuam artem defendens, non eodem ſyderum poſitu, ſed diuerſo naſci gemellos, propter celerem cœleſtium orbium motum dixit: atque eum mox hoc pacto oſtendit. Figuli rotam magna vi concitauit, & in eadem duas atramenti guttas liquauit, q̄ deſinente motu longo interuallo in extremitatibus inuentæ ſunt: Quomodo igitur opinantur, inquiens, cùm tam celeri vertigine cœlum circumducitur, poſſe gigni & oriri geminos eodem ſydere, cùm Figuli rota paruo incitata curſu excuſſas guttas eodem momento tam diuerſis locis oſtendat.

Aſtro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Aſtronomi etiam claris demonſtrationibus oſtendunt, ſecundum vulgarem opinionem ambitum octaui cœli eſſe miliarium Germanicorum 102632913. quæ horis 24. circumuoluuntur: ſic vt ſingulis horis tranſeant miliaria 4276371. Cumq́ minutum horæ ſit minimum, ſexageſima nimirum vnius horæ pars, ſingulis minutis trãſeunt circumuoluendo miliaria 71272$\frac{1233}{1440}$. Ex quibus certò ſtatuitur, ſingulis momentis aut ictu oculi faciem cœli, ac ipſius figuram & aſtra inſigniter mutari. Res ipſa quoq́ ac experientia teſtatur, geminos non tàm ſubitò vnum poſt alium naſci, quin intercedat aliquod ſpacium & nunquam ferè ſimul.

Geneſeos c. 38. legitur, Thamar edidiſſe gemellos his verbis: Inſtante autem partu apparuerunt gemini in vtero, atq́ in ipſa effuſione infantium, vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens: iſte egredietur prior, illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter, dixitq́ mulier, quare diuiſa eſt propter te materia? Et ob hanc cauſam, vocauit nomen eius Phares. Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zoram, qui cùm poſtea egreſſus ſit, non eſt cum præcedente vno nixu ſimul editus.

Duciſſa Holſatiæ principis Adolphi coniux, peperit geminos filiam & filium interſtitio trium quartarum vnius horæ, ſiue minutorum 45.

Anno Domini 1581. die 15. Decembris inter 7. & 8. Veſpertinam, Segebrgæ fœmina quædam ex meis domeſticis genuit geminas puellas interſtitio 20. minutorum, quod his locis antea accidiſſe, vt tam breui temporis ſpacio ſubſecutæ ſint, non memini, quæ prior edita vixit vſq́ ad 28. diem eiuſdem menſis, quæ poſterior ad 20. ambæ hora 6. matutina mortuæ, ita vt vno anno, menſe, ac hora ſimul natæ ſint ac obierint.

Ego alioquin poſt duas horas, vnam aut dimidiam ab obſtetricibus his noſtris Cymbricis locis noſtroq́ ſeculo cõperi natos gemellos, nunquam ferè citius, nonnullosq́ poſt integrum diem.

Kilonij fœmina fuit, quæ geminos peperit interſtitio trium dierum.

Propè Flensburgum, in villa Agert, ante annos 15. puerpera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

trigeminos enixa eſt: primùm die veneris puellam, quæ quatuor ſeptimanas vixit: deinde die Solis manè filium adhuc ſuperſtitem, tandem poſt horam iterum filiam, quæ quarto anno ætatis ſuæ mortua eſt.

Anno domini 1582 non procul ab arce mea Bredenberga bis editi ſunt trigemini, ex diuerſis perſonis & temporibus in oppidulo Elmeßhorn/ *priores fuerunt oẽs maſculi, & primus 19. die Ian. hora: 4. min. 30. ante meridiẽ poſt meridiẽ ſecundus die 21. Ianu. hora 9. Vltimus eodem die hora 12. meridiana natus qui primo editus mortuus eſt 31. Ianuarij, reliqui duo adhuc ſuperſtites viuunt, quãdo hæc ſcripta ſunt menſe Iunio anno eodem. Poſteriores trigemini fuerunt duæ fæmellæ & vnus maſculus, & nati ſunt 19. Martij prior fæmellæ hora 5. minut. 30. manè. Secunda fæmella poſt meridiẽ ante primam horam. Tertio maſculus hora 4. poſt meridiem, qui 5. Aprilis mortuus eſt, & 8. Aprilis fæmella quæ primo edita, ſubſecuta eſt, ſecundo edita adhuc viuit. Ita vt ferè fuerit interſtitium quadraginta vnius horæ, antequam alter maſculus in primo puerperio editus in lucem prodijt: Etſi reliqui citius, tamen interuallo aliquot horarum nati ſunt.*

Anno 1582 nati ſunt Hamburgi gemelli non longo interuallo, ijdem anno ſequente eodem ferè tempore in viuis eſſe deſierunt. Alter enim 15. Martij mortuus eſt circa occaſum Solis, alter fratrem intra paucas horas eſt ſubſequutus, cum vterq; vno genere morbi duos pene menſes eſſet vexatus, & tandem abſumptus.

Etſi verò nonnulli ſuperfœtationem vix concedunt, tamen ea ex prædictis, & in his Cymbricis locis infinitis exemplis probari poteſt.

Quòd autem gemini nunquam ferè ſimul naſcuntur, eſt naturalis cauſa, quia natura tales vehementes motus, ac dolores ingentes, tam ſubito ac vno momento ſuſtinere non poteſt: Sed paululum ſe recreat: deinde etiam vno coitu raro gemini concipiuntur, quod alioqui fieri neceſſe eſſet, nam hi ſoli, qui vno coitu concipiuntur, vno nixu quoq; eduntur. Sic vt vno temporis puncto concipi, & deinde etiam naſci oporteat. Auicenna inquit: Matrix primò deglutit vnum ſemẽ pro formatione vnius, poſtea alterum, pro formatione alterius, cum mora & quiete.

Quod

Quod autem non habeant diuerſa fata, ſi ferè eodem momento nati ſint (quod eſt de raris contingentibus) Cicero de natura Deorum adducit exemplum duorum fratrum: qui cùm ſimul nati eſſent, ijdem ſimul poſtea ægrotare cœperunt, & eorum morbus pariformiter cœpit ingraueſcere, & eodem medicamine ſanati ſunt.

De quibus dicit Poſidonius Aſtronomus, quod ideò hæc æqualiter & pariformiter acciderunt, quia eandem conſtitutionem aſtrorum in conceptione & natiuitate habuerunt.

Sigebertus affert etiam exemplum, quod anno domini 535. fuerint in Gullia duo fratres gemini, qui ambo ſacerdotes facti, vno die Epiſcopi electi, & ambo eodem anno, & menſe & die mortui fuerunt. Finis vtriq; idem menſis & annus erat. Vnus erat nomine Medardus Epiſcopus Nouionenſis, alter Gilhardus Epiſcop. Neumagenſis. Hi ſine dubio ferè ambo vno momento nati ſunt, alioqui fortunam, conditionem, dignitatem, & longitudinem vitæ minimè æqualem eſſent adepti.

Valerius Max. refert, Polyſtratium & Hippoliden Philoſophos eodem die natos, eiuſdem præceptoris Epicuri ſectam ſecutos, patrimonij etiam poſſidendi, alēdæq; ſcholæ communione coniuctos, eodē q; momento temporis vltima ſenectute extinctos fuiſſe, & addit: Tam æqualem fortunæ pariter atque amicitiæ ſocietatem, quis non ipſius cœleſtis concordiæ ſinu genitam, nutritam & finitam putet?

Plinius ſcribit M. Cecilium Rufum, & Caium Licinium Caluum, eodem die genitos eſſe, & Oratores ambos factos, ſed diſpari euentu, propterea, quod non vna hora ſunt nati, vt ego iudico, ſed diuerſis temporibus.

Idem Plinius (quemadmodum & Liuius) ſcribit, trigeminos fratres, nec ætate, nec viribus diſpares Horatios & Curiatios ſpectāte vtrinq; Romanorū & Albanorum exercitu pugnam his legibus iniſſe, vt cuius populi ciues eo certamine viciſſent, is alteri populo cum bona pace imperaret. Itaq; cùm infeſtis armis, velut acies, terni iuuenes magnorum exercituum animos gerētes concurrerent, quinq; ex his vno tempore occubuerunt, ſextus victor cum ſororem, quod ſponſum mortuum in victoria ſua, tantoq; gaudio publico intempeſtiuo amore ducta lugeret, gladio transfixiſſet, deprecāte patre vix capitis ſupplicium effugit. Geor-

Georgius Buchananus ſcribit in lib. 4. rerum Scoticarum, Quod Eueno 12. Rege Scotorum mortuo, ac filio notho Gillo tantum relicto, ad regnum ex legitima ſtirpe proximè accederent Dochanus & Dorgallus fratres gemini. Cumq́ inter illos par ætas diſcrimen non faceret, de regno potiundo certamen inter eos exortum fuit. Ipſe Gillus regnandi cupiditate flagrans, tam commodam nactus occaſionem, fraudulenter ſe inſinuando vtriq́ auctor fuit, vt alter alterum è medio tolleret, ſed cùm illius occulta & nefaria conſilia ad effectum non peruenirent, ſuaſit, vt propinquorum, qui hanc inceptã inter geminos fratres controuerſiam cõponerent, conuentus haberetur, quod cùm illi ſucceſſerat, per homines idoneos, ſeditione excitata vtrumq́ interimendum curat. Ita gemini fratres, qui ambo reges fieri ſtudebant, ſibiq́ inuicem inſidias parabant, vno anno, menſe, die & hora ab inſperato ac clandeſtino hoſte, cui ambo fidebant, interempti, ſimilemq́ fortunam experti fuerunt.

Etſi non ignoro hanc de geminis Aſtrologorum ſententiam oppugnari à multis, præſertim ex natiuitate geminorum Eſau & Iacob, eo quod Eſau gnarus fuerit venandi & agricola, & Deo inuiſus: Iacob autem vir ſimplex & Deo gratus, & quod hi duo fuerint diuerſæ vitæ ac fortunæ, ita vt maior etiam ſeruierit minori: Tamen hoc argumentum admodum debile eſt, quemadmodum ex ipſo contextu colligi poteſt. Nam ibi continetur: & duo populi ex tuo ventre diuidentur. Deinde tempus pariendi aduenerat: Ecce gemini in vtero eius reperti ſunt, qui primus egreſſus fuit, rufus erat: Si itaq́ alter eorum primus eſt egreſſus, non vno momento ſunt nati. Deinde ſequitur in textu: Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu. Ex quibus manifeſtum eſt, non vno tempore natos, ſed vnum poſt alium: ſi enim iuncti fuiſſent brachijs, tunc editi eſſent ſimul & coniunctim. Quoniam autem Eſau præceſſit, Iacob verò ſecutus eſt, hinc patet, quod non vno temporis puncto, ſed per interualla ſint geniti. Et nolo vrgere, quod textus habeat: Eſau nomen inditum eſſe, priuſquam Iacob natus ſit, qui poſtea ex apprehenſione plantæ fratris Eſau nomen acceperit. Quantum autem attinet ad fauorem & odium DEI, id ex cauſis naturalibus non pendet, ſed eius, qui omnia noſtra moderatur, & gubernat, iu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſtitiæ & voluntati diuinæ eſt tribuendum.

Quanquam autem duo gemini rarò naſcuntur vno puncto, tamen fieri poteſt, vt duo infantes diuerſis locis eodem temporis puncto in lucem edantur, ſed tamen poſitus ſtellarum diuerſos habeant propter aliam cæli faciem & poli eleuationem, ideoq́ non ijſdem præditi ſint moribus, neq́ eadem hos comitetur fortuna. Si autem vno eodemq́ loco naſcuntur infantes, conſiderandæ ſunt materiæ, ſecundum rem ſubiectam, quæ iuxta ſuam diſpoſitionem magis ac minus recipit cæleſtem afflatum. Nam aliter cælum agit in regis, quam villici filio: & facilius in tabulatū aſcẽdit, qui in ſuperioribus ſcalæ aut cochleæ gradibus eſt conſtitutus, quàm qui in terra adhuc quietus conſiſtit.

Religio etiam & lex, natura ipſa, conſuetudo, educatio, ſtatus & conditio, ac parentes, libera noſtra voluntas, & ſanguis maiorum, efficiunt quòd cælum & aſtra, non eodem modo agunt in diuerſis ſubiectis. Nam quemadmodum ſupra etiam monui, vna eademq́ cauſa ne ſimiliter quidem, nedum pariter ſemper agit in materijs & ſubiectis longè diſſimilibus: Et ſecundum ſubiectorum varietatem etiam effectus variantur, & virtutes aſtrorum operantiū mutantur propter diuerſitatem recipientium.

Et hactenus de geminis, perſequar nunc prædictiones.

AEſchylus Athenienſis Tragicus poëta prædictam mortem cauere non potuit, cum aquila concham in caluum eius caput proijceret. Quam hiſtoriam Valerius Max. prouidus rerum ſcriptor ita refert: Aeſchylum cum à Mathematicis reſpõſum eſſet, ex ictu moriturum, qui e ſuperiori loco fieret, tectum euitaſſe, & ſub dio capite nudato manſiſſe: in quod cum ab aquila, deiecta teſtudo eſſet, eo caſu mortuum eſſe, & verum extitiſſe quod prædictū fuerat.

Apud Plutarchum hæc extat hiſtoria: Dion Tyrannum Dionyſium ex Silicia eiecturus, Apollini ſacrificium parauit, & pompam duxit ad templum, deditq́ epulum: poſt libamenta, factasq́ de more precationes, Luna defecit, quod quia defectionis limites, & concurrentem à Sole terræ vmbram callebat Dion, nihil eſt admiratus. Turbatis autem militibus, metus adimendus videbatur, & animus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ad pericula fortius ſubeunda confirmandus. Conſtitutus igitur in medio Miltas vates, eos bona ſpe eſſe, & optima quæq; expectare iuſsit. Significare enim numina quempiam defecturum eſſe clariſſimum. Dionyſij verò regno clarius extare nihil, cuius ſplendorem ab eis vt primum Siciliam attigerint, reſtinctum iri dixit. quod & euenit.

Anaximander Mileſius Lacedæmonijs prædixit ex Aſtrologia, vt ciuitatem cuſtodirent & tecta: inſtare enim terræ motum. quod quidem factum eſt, & magna pars eius vrbis montisq; Taygeti concidit: vt refert Publius Patricius.

Sic Hippocrates ex eadem & medica arte venientem ab Illyrijs peſtem prædixit, diſcipulosq; circa vrbes Græciæ dimiſit, vt ægrotantibus adeſſent. Pro quo beneficio omnis Græcia eoſdem illi honores, quos Herculi decreuit. Non minus enim huius, quàm Herculis beneficio ſe eſſe ſeruatos intelligebant.

Spurina vaticinatus eſt Cæſari Iulio, eumq; monuit, vt periculum caueret, quod vltra idus Martias non eſſet proferendum. Cæſare illum Idibus Martijs aduentantibus tanquam diſcuſſo periculo deridente: Ipſæ, inquit, venerunt quidem, ſed nondum præterierunt. Cæſar eo ipſo die multis vulneribus in Senatu confoſſus perijt. Et quamuis Spurinam augurẽ fuiſſe conſtat, tamen Cæſari hic exitus fatalis à plurib. alijs eſt prædictus, inter quos, Aſtrologos fuiſſe dubium non eſt: Vt de Cæſare Manilius etiã in ſuis verſibus canit:

Ille etenim cœlo genitus, cœloq; receptus,
Cùm benè compoſitis victor ciuilibus armis,
Iura togæ regeret, toties prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto ſpectante ſenatu
Iudicium dextra retinens, nomenq; cruore
Deleuit proprio, poſſent vt vincere fata.

Iulius Maratus populo Romano prædixit, naturam citò illis parituram regem.

Appianus in Parthicis ſcribit, AEgyptium quempiam Genethliacum Antonium monuiſſe, vt quam lõgiſſimè ab Auguſto ſecederet, τὴν τύχην γὰρ αὐτοῦ λαμπροτάτην οὖσαν καὶ μεγίϛην ὑπὸ τοῦ καίσαρος ἀμαυροῦσθαι καὶ ὅσος δαίμων ἐφητὸν τούτου φοβεῖται. *Quo indicare voluit: Augu-*

ſtum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſtum excitatum eſſe ad conſtituendum imperium Romanum, & adiuuari atq; defendi diuinitus.

Theognes Mathematicus genituram Auguſti videns illum adorauit, illiq; imperium Romanum portendi, dixit.

Magi (ſi licet profanis ſacra addere exempla) ex ortu nouæ ſtellæ Regem & ſeruatorem totius mundi natum eſſe, verè ex aſtrorũ doctrina eruditiſſimè iudicarunt & agnouerunt, & ex Oriente ea de cauſa verſus Ieruſalem profecti, ad veram Meſſiæ olim promiſſi agnitionem, beneficio huius artis, Deo ſic volente, & ſtudia ipſorũ comprobante peruenerunt, & ſic Magi prius ex cœlis quàm Iudæi ex ſcripturis cognouere Chriſtum.

Patriarcha Conſtantinopolitanus, Gennadius Scholarius Mahometi II. Turcarũ Imperatori poſt Conſtantinopolin captam confeſſionem poſtulanti exhibuit: in qua hæc verba in Græco exemplari leguntur: Prædixerunt Prophetæ Iudæorum Ieſum, & quæcunq; fecit, & quæcunq; fecerunt deinceps diſcipuli eius ipſius potentia.
Similiter prædixerunt eadem & oracula Græcorum confeſſione Dei, & Aſtronomi Perſarum & Græcorum.

Dionyſius Areopagita, cum tempore paſſionis Chriſti in plenilunio Solem tribus horis continuis deficere videret, exclamaſſe fertur: Aut DEVM naturæ pati, aut mundi machinam ruituram. Ac cum ſuis communicato conſilio aram exſtruxiſſe, cum inſcriptione: IGNOTO DEO. Athenis hãc inſcriptionẽ Paulus Apoſtolus legẽs, DEVM patefactum eſſe, inquit, & illius Eclipſeos cauſis expoſitis Dionyſium ad veri Dei agnitionem perduxit, qui de hac Eclipſi in Epiſtola ad Policarpum aduerſus Apollophanem Sophiſtam multa ſcribit, quæ breuitatis cauſa à me hic ſunt omiſſa.

Scribonius Mathematicus, Liuiæ Tiberij Cæſaris matri prædixit prægnanti, quod virum non fœminam paritura eſſet, illumquè regnaturum, verùm ſine diademate, ignota ſcilicet adhuc Cæſarum poteſtate.

Tiberium ab Auguſto, Vitrico, Rhodum relegatum & non parum ſuæ ſaluti timentem, Thraſyllus Mathematicus confirmauit, & in ſpem certam erexit: nam cum eo iuxta mare deambulans, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

finem ærumnarum inſtare denuncians, forti animo vt præſentem fortunam ferret, eum hortaretur: Tiberius vero contra ſentiret, atq; parum abfuiſſet, quin vt ira accenſus, præceptorem in mare præcipitem dediſſet, increpitans atrocibus verbis, Thraſilli artẽ falſam eſſe. Tunc Thraſillus aliquatiſper conſtitit, conuerſis ad mare oculis, venientem vidit nauem, qua conſpecta tanta eum artis fiducia cæpit, vt affirmare auderet, ea naui felicia Tiberio afferri: non multo autem poſt naue in portum delata literas ab Auguſto Liuiáque accepit, quibus Romam reuocabatur, vbi imperij ipſius fundamenta iacta fuerunt.

Idem Tiberius cum ſtatuiſſet Rhodi Thraſyllum è muro præcipitare, eo quod is ſolus ex Aſtronomiæ ſecretis omnes eius cogitationes cognoſceret, ſenſit hominem eo ipſo tempore mæſtum eſſe: cuius rei cauſſam cum exploraret, reſpondit ſe periculi cuiuſdam ſuſpitionem habere. Vnde Tiberius admiratus hominẽ, qui inſtitutum non ignoraret, quod propoſuerat, intermiſit.

Tiberius multos interfici iuſſit, explorato die & hora qua nati fuiſſent, atq; inde animaduerſa fortuna eorum ac moribus: didicerat enim vniuſcuiuſq; ciuis primarij fatum, ita vt Galbæ, qui poſtea principatum obtinuit factus, obuiam, quo die ille ſponſalia fecerat dixerit: Et tu aliquando principatum deguſtabis, cui propterea pepercit, vt Dion arbitrabatur, quod ei certum & fatale fuit imperium. Vt autem Tiberius dicebat, propterea, quod in ſenectute & longo tempore poſt ſuam mortem eſſet regnaturus.

Ioſephus lib. 18. cap 8. hæc ita narrat: Erat Tiberius Mathematicorum diſciplinis addictior, iuxta quorum conſilia in tota vita pleraq; agere eſt ſolitus. Nam & Galbã aliquando venientẽ ad ſe cum eſſet conſpicatus, conuerſus ad intimos quoſdam amicos: En inquit, virum futurum aliquando Romanorum principem. In ſumma, nemo Cæſarum vnquam tantam fidem habuit diuinationibus, non vanas eas expertus aliquoties.

Tacitus de Tiberio, Galba, & Thraſyllo ita ſcribit: Non omiſerim præſagium Tiberij de Seruio Galba tum conſule, quem accitum & diuerſis ſermonibus pertentatum, poſtremò Græcis verbis in hanc ſententiam allocutus: Et tu Galba quandoq; deguſtabis Imperium,

ſeram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſeram & breuem potentiam ſignificans, ſcientia Chaldæorum artis, cuius adipiſcendæ ocium apud Rhodum magiſtrum Thraſillum habuit. peritiam eius hoc modo expertus: Quoties ſuper negotio conſultaret, edita domus parte, ac liberti vnius conſcientia vtebatur, is verò literarum ignarus, corpore valido, per auia ac prærupta (nam ſaxis domus imminebat) præibat ei, cuius artem experiri Tiberius ſtatuiſſet, eundem regredientem, ſi vanitatis aut fraudum ſuſpicio inceſſerat, in ſubiectum mare præcipitabat, ne index arcani exiſteret. Igitur Thraſyllus ijſdem rupibus inductus, poſtquam percunctantem commouerat, imperium ipſi & futura ſolerter patefaciens, interrogatur, an ſuam quoq; natalem horam comperiſſet, quem tum annum, qualem diem haberet. Ille poſitus ſyderum ac ſpacia dimenſus hærere primo, deinde paueſcere, & quanto introſpiceret magis, tantò magis trepidus admiratione & metu obſtupeſcens, poſtremo exclamat, ambiguũ ſibi & propè vltimum diſcrimen inſtare. Tum complexus eum Tiberius, præſcium periculorum, & incolumem fore gratatur, quæq; dixerat oraculi vice accipiens inter intimos amicorum tenet. De Tiberio, Galba, & Thraſyllo hæc certò contigiſſe neminem dubitare arbitror, cum Suetonius, Ioſephus, Dion & Tacitus probatiſſimi auctores hoc literis prodiderint.

Thraſyllus, quanquam diem & horam mortis Tiberij exquiſitè nouerat, tamen eum adhuc decennium victurum dixit, vt ſpe diuturnioris vitæ minus multos occideret.

Claudius Imperator paulò ante mortem cùm conſules deſignaret, menſem illis, quo moriturũ ſe præuiderat, indicauit, ſuosq; filios vt vnanimiter fraterneq; viuerent, multis monitis obteſtatus, tandem eos piè admodum Senatui commendauit: deniq; pro tribunali ſedens, licet abhorrentibus, qui aderant, & lætiora precantibus ſeſe ad mortalitatis terminum perueniſſe, iterum iterúmque profeſſus eſt.

Apollonius Aegyptius Caio Caligulæ mortem prædixit, qui eam ob cauſam Romam miſſus, ad Caium eo die perductus eſt, quo ille mortem erat obiturus: Certiſſimo nimirum vitæ periculo, niſi Caligula paulò poſt interfectus exitu funeſto prædictionis certitudinem comprobaſſet, Dion.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Sulla Mathematicus, Caligulæ conſulenti de genitura & fatorum cœleſtium arcana ab ipſo exquirenti, certiſsimam necem inſtare affirmauit.

Thraſylli filius Neroni imperium prædixit, quemadmodum pater eius Tiberio, ſed alij Mathematici ex eiuſdem genitura multa & formidoloſa ei vaticinati ſunt.

Cum Nero Babylum Aſtrologũ de crinita ſtella, quæ ante mortẽ eius orta erat conſuleret: Aſtrologus reſpondit ſummis poteſtatibus exitium portẽdere ſolere. Hic vt fatum auerteret, multos claros viros ſuſtulit.

Agrippina mater Neronis ab Aſtronomis edocta, filium ſuum Neronem imperaturum, ſed ipſam necaturum, fertur exclamaſſe: interimat dum imperet. Xiphil.

Seleucus Mathematicus Othoni ſuperſtite Nerone promiſit imperium cùm ille tamen non eſſet ex familia Cæſarum & Auguſtorũ.

Vitellius Aſtrologos ſe Imperatorem fururum affirmantes irriſit, exiſtimans nequaquam ſe tanti fore. At idem cum Imperator factus Aſtrologos expelleret ex vrbe, ediceretq́ vt intra certum diem à ſe conſtitutum, ex Italia diſcederẽt, Aſtrologi contra in tabulis diem de nocte præſcribũt, intra quem exceſſurus eſſet è viuis, quod etiam ſic accidit. Suetonius.

Vitellij naturam ex genitura prædictam à Mathematicis ita parentes abhorruerunt, vt pater magnopere ſemper contenderet, ne qua ei prouincia ſe viuo committeretur: Mater appellatum Imperatorem pro afflicto ſtatim lamentata ſit. Nam paucis menſibus pòſt minutiſsimis ictibus excarnificatus eſt.

Ioſephus ſcribit, Iudam Eſſæum, qui nunquam diuinando aberrauit, neq; mentitus eſt, Antigono Ioannis Iudæorum ducis filio prædixiſſe locum & diem, in quo illi fato fuerat deſtinatum mori. Sed Antigono tranſeunte templum exclamauit: Papæ, nunc mihi pulchrum eſt mori, quando mearum prædictionum mendacium deprehenſum eſt. Venit enim Antigonus, qui hodiè deberet occidi. Locus autem eius necis erat apud Stratonis πυργὸν, *& ille quidẽ ſexcentorum ab hinc ſtadiorum interuallo diſtat: horæ verò diei ſunt quatuor, ita vt vaticinationis tempus effluxerit. Hæc locutus ſenior*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

mœſto vultu & mente ſolicita multa ſecum reputabat: Sed paulò poſt Antigonus interfectus eſt alio loco ſubterraneo, eodem nomine, quem prædixerat. Ac ita de ſitu loci tantum aberrauit.

Idem Ioſephus lib. 15. cap. 13. ſcribit. Erat quidam Eſſæus Manahemus nomine, cum aliàs vitæ honeſtæ, tum verò diuinitus etiã conceſſum habens donum fatidici ſpiritus, Hic conſpicatus Herodem puerum, ludum literarium frequentãtem, Regem Iudæorum ſalutauit: Ille putans ſe rideri, correxit eius verba. Tunc Manahemus ſubridens: imò regnabis, inquit, & feliciter dominaberis, ac memor eſto Manahemi verborum, quæ te fortunæ mutabilis admonent.

Ioſephus omnem doctrinam Iudæorum edoctus, in qua Aſtrologia non fuit minima, vt ſuprà oſtendi, Veſpaſiano patri, & Tito filio non ſolùm eos terrarum dominos futuros, ſed etiam ſe à captiuitate liberaturos, conſtanter affirmauit, & vt tanto magis fidem ſibi adhiberent, vinculis ſe cuſtodiri, vſq; dum prædicta euenirent, petijt. Cum autem nonnulli ex Veſpaſiani intimis dicerent, illi non adhibendam fidem, qui ſuam propriam captiuitatem ignoraſſet, ipſe verò affirmauit, ſe antè prædixiſſe. Quare de ea re Veſpaſianus inquirens, ita eſſe inuenit. Ergo illi fidem habuit, ſed tamẽ cuſtodiæ, vſq; dum prædicta euenirent tradi iuſſit. Poſtea verò, cùm Imperator factus eſt, eum libertati reſtituit. Ioſephus de ſeipſo, viuente & ſciente Cæſare Veſpaſiano, hæc ſcripſit, cui mentiri capitale fuiſſet.

Veſpaſianum cõuenit inter omnes de ſua ſuorumq; genitura tam certum ſemper fuiſſe, vt poſt aſſiduas in ſe coniurationes auſus ſit affirmare Senatui, aut filios ſibi ſucceſſuros, aut neminem: & cum filius Domitianus apud eum cœnaret, & fungos tanquam venenatos vitaret, irriſit illum pater, dicens: à ferro eſſe cauendum.

Aſcletarion mortem inſtare Domitiano ſe dixiſſe confeſſus eſt, & ſibi nempe fore, vt à canibus breui laceraretur. Quem Domitianus cremari ſine mora, ad coarguendam artis temeritatem, ac ſepeliri accuratiſſimè imperauit: ſed repentina tempeſtate diruto funere ſemiuſtum cadauer canes diſcerpſerunt. Quo audito Domitianus valdè perturbatus mortem timuit, quæ ilicò ſubſecuta præſagio fidem fecit. Dion. Fulgos.

Teſtante Suetonio Domitianus annum diemq; vltimũ vitæ ſuſpe-

ctum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ctum habuit, horam etiam, nec non genus mortis: Adoleſcentuli enim Chaldæi omnia prædixerāt. Cum itaque fatalem horam metueret, ac præteriiſſe periculorum tempus putaret, ſciſcitanti ipſi horam inſidiatores cubicularij ex induſtria ſextam pro quinta, quam metuebat, nunciauerunt. Sed is egreſſus cubiculo, deinde reuerſus, ab inſidiatoribus exceptus ſeptem vulneribus trucidatus eſt. Dion.

Larginus Proclus publicè prædixit, in Germania Domitianum, quo die exceſſit è vita, moriturum, & quanquam ob hanc cauſam ab eo, qui prouinciæ præerat, Romam miſſus introductuſque eſt ad Domitianum: tamen id ita etiam tunc fore confirmauit. Ideoq; capite damnatus eſt: Sed dilato ſupplicio, quo tum demum afficeretur, cū ille periculum effugiſſet, necatoq; tandem Domitiano ſaluus euaſit, & à Nerua ſucceſſore 4000. aureorum accepit.

Idem pridie quàm periret, cum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet, in craſtinum addidit, ſi modo vti licuerit: Et conuerſus ad proximos fore affirmauit, vt ſequenti die Luna in Aquario cruētaretur, factumq; aliquod exiſteret, de quo homines loquerentur per terrarum orbem.

Domitianus exploratis diebus & horis, in quibus principes viri nati eſſent, pleroſq; ſuſtulit, vt Tiberius etiam, qui regiam geneſin haberent, ac inter eos etiam Melum Pompeianum.

Nerua vix mortem effugit, ideo quod ab Aſtrologis Domitiano delatus fuit, quod imperatoriam geneſin haberet. Cùm autem vnus ex illis affirmaret, eum non diu victurum, euaſit. His prædictionibus reſpondit euentus. Nam Nerua paulò pòſt Imperator factus eſt: & vixit tantum in Imperio 13. menſes, 10. dies. Et fuit Eclipſis Solis eo ipſo die quo mortuus eſt. Aurel. Victor.

Ad Neruam Apollonius ſcripſit: Nos ô Rex, & quidem breui ſimul erimus, vbi neq; nos alijs, neq; alij nobis imperabunt. Sciebat enim ſibi citò è vita migrandum eſſe, & Neruam perbreue tempus imperaturum. Et quamuis multi Apollonium Nigromantiæ inſimulant propter Philoſtrati falſam de illius vita relationem, tamē conſtat ex Hieronymo & Euſebio, illum Philoſophum fuiſſe, & natales dies, & circularis motus doctrinam obſeruaſſe & calluiſſe.

Mar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Martialis, qui vixit tempore Domitiani, in epigrammate de Cinna quodam ſcribit, illi mortem fuiſſe prædictam.

Dixerat Aſtrologus periturum te citò Cinna,
Nec puto mentitus dixerat ille tibi.
Nam dum tu metuis, ne quid poſt fata relinquas,
Hauſiſti patrias luxurioſus opes.
Bis quartum decies non toto tabuit anno,
Dic mihi non eſt hoc Cinna perire citò?

Adrianus Imperator, vt ſuprà dictum eſt, in iuuentute ſingulis annis prædictiones Aſtrologicas fecit, ita vt ſibi omnium dierum vſq; ad horam mortis futuros actus antè præſcripſerit. Et in Mœſia etiam ab AElio Mathematico de futuro imperio præſagium accepit, cum priuatus adhuc eſſet.

Gordiano Seniori Proconſuli in Aſia, Mathematicus prædixit, ad imperium ipſum peruenturum: & cum Gordianum verbis ſuis non habere fidem perſpiceret, artis ſuæ libris, atq; inſtrumentis per rationem omnia, quæ dixerat, probauit, adeò vt fidem apud eum etiam experimento ipſo ſibi faceret. Etenim omnia vt prædixerat iuxta tempus deſignatum euenerunt. Bapt. Campoful.

AEgyptius quidam paucis antè diebus palam dixit Antonio, ipſum non diu ſuperſtitem fore, ac Macrinum ei ſucceſſurum.

Quidam vates in Africa prædixit, Macrinum, & eius filium Diadomæum regnaturum.

Scripſit Lampridius prædictum fuiſſe Heliogabalo, ipſum violenta morte interiturum. Nam ſi Luna, inquit, ſe applicuerit Saturno, deficiens lumine facit biathanatos, quod quidem ſic accidit.

Seuerus Imperator in Africa, à Mathematicis didicit, quæ ſibi eſſent euentura, antequam ad Imperium perueniret. Quare factus eſt inſignis Mathematicus, & prima coniuge Martia mortua, noluit aliam quàm Iuliam ducere, quod ſola ex multis oblata regiã geneſin haberet.

Dion ſcribit, Seuerum ſciuiſſe, ſe ex Britannia non reuerſurum eſſe, quod maximè cognouerat ex ſtellis, ſub quibus natus erat. Id enim in Palatio ſcriptum in laquearibus ædium reliquit, ita vt ab omnibus videretur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Herodianus lib. 2. hæc de Seuero tradit: addebant præterea ſpem ſomnia quædam & oracula, cæteraq́ futurorum præſagia, quorum pleraq́ ipſe in libris de vita ſua conſcripſit, ac publicè in tabulis pictis dedicauit.

Alexandro Seuero ad Germanicum bellum eunti, Thraſybulus Mathematicus illi amiciſſimus prædixit, ipſum barbarico gladio interficiendum. Quod ita contigit. Nam antequam in conſpectum hoſtiũ peruenit, à Germanis militibus interfectus eſt. Lampridius.

Leo ſiue Leontius Athenienſis Philoſophus, filiam ſuam magnæ cuiuſdam fortunæ compotem fore ex arte colligens, illi tantum centum florenos legauit, addita cauſa, quod fortuna ei ſuffectura eſſet opes, reliqua bona filijs reliquit. Illa dolens Imperatori per Pulcheriam ſororem talia conqueſta eſt, cui ita placuit, vt ad connubium eius peruenerit, coniunxq́ Theodoſij Valentiniani facta, baptiſata, & Eudoxia nominata ſit. Zonaras.

Zenoni Imperatori, cùm is morte mulctaſſet Harmatium, qui fraudulentè ſe proditorem heri ſui declarauerat, ſimulq́ promiſſo ſatisfecerat, quod eius filium Cæſarem renunciaſſet, & non multo pòſt illum per vim Cyzicenorum pontificem inaugurari mandaſſet, contigit quod illi prædictum ab Aſtrologo aliquando fuerat, vt impetrato imperio paulò pòſt moreretur, & coniugem ſuam vnà cùm imperio viro cuidam ſenatorij ordinis relinqueret. Hoc in memoriam ſibi reuocato complures Senatores præſertim illuſtres necidedit. Verùm inexpugnabilem diuinæ prouidentiæ vim, nemo mortalium vnquã coarguere ceu vanam, & in efficacem poterit. Quippe cum Zeno vitam cum morte commutaſſet, Imperiumq́ reliquiſſet Romanum, ad Anaſtaſium id peruenit, qui cum Ariadna imperatrice matrimonium contraxit. Glycas.

Iuſtinianus Cæſar eiectus à Leontio, & truncatis auribus & naſo in exilium miſſus eſt: Huic prædictum fuit ab Abbate in Ponte, illum iterum fore Imperatorem, quem poſtea, cùm deinceps ad imperium peruenit Patriarcham Conſtantinopolitanum ilicò fecit.

Paulus Monachus inſignis Aſtrologus Leontio imperium promiſerat. Is Leontius cùm eſſet carceri incluſus, irrita obijciebat promiſſa, Aſtrologo in ſententia permanente, Leontius perfracto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

carcere ad imperium peruenit, quod vltra tres annos adminiſtrauit. Zonar.

Duo Hebræi Aſtrologi Leoni puero adhuc dedito diſciplinis & Aſtrologiæ ignaro Romanum Imperium promiſerunt, quod poſt nonum annum conſecutus eſt. Is contrà illis promiſit, ſe imagines aboliturum, quod etiam præſtitit, Anno domini 727.

Panthaleon Synnadenſis Metropolita, Aſtronomica imbutus ſcientia, à Leone Imperatore accerſitus, cùm ſub idem tempus defectus Lunæ maximus eſſet, vt ex eo deliquij eius, quis futurus eſſet effectus cognoſceret, eum ad Imperatorem intrãtem Samonas percunctatus eſt, cui nam aduerſa portenderentur, reſpondit, tibi: Si autem 13. Iunij diem ſuperaueris, nihil mali tibi eueniet. Ab Imperatore de eadem re interrogatus, proximo ab Imperatore denunciari malum dixit. Paulò pòſt Samonas proximus regis ante Iunij diẽ, quem prædixerat, ex aula in Monaſterium detruſus eſt: Zonoras. Glycas.

Michaël Traulus Orientalis Imperator, edoctus fuit ex Geneſi ſua, imperium ſibi promitti. Quare Leoni Imperatori adhæſit, quo occiſo, prætorianorum armis imperium adeptus eſt.

A monacho quodam prædictum eſt imperium Philippico, qui ſextæ Synodi decreta abolere voluit gratificando monacho, qui imperium illi promiſerat, & hoc ipſum prædictionis præmiũ petierat.

Quidam Aſtrologus nomine Nicolaus, Conſtantino Ducæ mortem prædixit, his verbis, Dromi Logothetæ, ante eius interitum ſcribẽs: Nolite timere à Duca, nam temerè nouis rebus ſtudebit, & ſtatim peribit. Quod idem etiam Leo Imperator vaticinatus fuerat. Quæ prædictiones veræ fuerunt, paulò enim poſt in vrbe Conſtantinopolitana tumultu excitato, equo prolapſo præcipitatus, & capite amputatus eſt. Zonaras. Glycas.

Conſtantis Imperatoris pater iuſſit, vt Aſtrologi infantis Conſtantis, ſcilicet recens editi, thema natalitiũ conſtituerent, qui præter cætera illi prædicta illud etiam adiecerunt, eum in ſinu auiæ Helenæ interfectum iri: id illa mortua etſi Conſtãs eluſit, nihilominus eſt euẽtu cõprobatũ, non fruſtrata Aſtrologorũ prædictione, quam-

uis obliqua. Nam in oppido, cui de reginæ nomine factum erat nomen, Helenæ, interfectus, qui vt vitam petulantem egerat, ita miſerabilem eius exitum ſortitus eſt. Zonaras. Pompo. Lætus.

Conſtantinus Schetacus occubuit, haſta in inguine vulneratus, vir bonus & ſuauis, qui Anchialæ prouinciæ præfuit: Et quamuis Aſtrologorum eius ætatis princeps fuit, tamen ſemet ipſum non conſeruauit, quò minus ferro interiret, nimirum ſcrupulo aliquo minutiſſimo deceptus in tentorio manſerat. Nicetas.

Iulianus Byzantinus antequam Imperator factus eſt, habuit ſomnium Aſtrologicum Viennæ. Nam ibidem hora mediæ noctis imago quædam ſplendidior ei dormienti hos verſus recitare viſa eſt, idem ſæpius repetendo:

Iuppiter auguſtos vbi fines intrat Aquarij,
Virgineoq́; ſinu viceſima quinta recepit
Portio Falciferum, Conſtantius Induperator,
Regnum Aſiæ triſti ſuperatus morte relinquet.

Eſt autem Iulianus, cùm Planetæ ingreſſi ſunt hæc ſigna, in Gallia à militibus in Imperatorem electus, & Conſtantinus paulò pòſt periјt. Quod Ioannes Homilius Mathematicarum diſciplinarum peritiſſimus deprehendit fuiſſe Anno Domini 360. 20. die Nouembris, quo anno Domini, Imperator proclamatus eſt, Socrate, & Marcellino teſtante. Eſtq́; in hoc Somnio animaduertendum, quod cauſam id mortis indicat, nempè Planetas peruenturos ad illa loca Zodiaci; & quod hiſtoriæ & aſtra, Planetarumq́; motus cùm Somnio pulchrè coincidant & conſentiant.

Et Zozimus ſcribit, Iulianum vbi Naiſſum attigiſſet, tamdiu ibi expectaſſe, donec Planetarum motus ad indicatas partes in ſomnio ipſi reuelatas, perueniſſent, ſtatimq́; illi à nonnullis equitibus Conſtantinopoli venientibus indicatum, Conſtantium mortuum, ipſumq́; ab exercitu Imperatorem poſtulatum. Vnde conſtat, Iulianum, & ſomnio & huic arti non exiguam fidem adhibuiſſe.

Agathias lib. 4. refert, Saporē regem Perſarum eſſe electum antequam natus ſit, & tot annos regnaſſe, quot vixerit, idq́; factum eſſe ex prædictionibus Magorum, qui affirmabant Reginam matrem

trem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

trem vix dum grauidam mortuo rege maſculum & regem enixuram. Proceres igitur periculo facto in prædictione equæ pullum gerentis, id futurum eſſe credebãt, & nullã interpoſita mora coronam ventri matris imponunt, & vix dum conceptum regem pronunciant. Haud tamen ſpes eos fefellit, naſcitur namq; non longè poſt & cum imperio Sapores, in eoq; & iuuenilem agit ætatem, & conſeneſcit, nimirũ qui ſeptuageſimũ annũ exegiſſet, vbi ad quartũ & vigeſimum annum Imperij Iouianis temporibus Niſibu ciuitas ſub Perſarum ditionem, quæ Romanorum fuiſſet, peruenit.

Ex Auguſtino cõſtat, Aſtrologos ſuo tempore non multum aberraſſe, ſed multa verè prædixiſſe. Nam in lib. 5. de ciuitate Dei. cap. 7. dicit: Solent homines ad tentandam peritiam Mathematicorum, afferre ad eos conſtellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi ſuæ diligenter obſeruant, eosq; Mathematicos præferunt cæteris, qui conſtellationibus inſpectis, dicunt non eſſe hominem natum ſed pecus. Audent etiam dicere quale pecus, vtrum aptum lanificio, an vectationi, an aratro, an cuſtodiæ domus.

Nam & ad Canina fata tentantur, & cum magnis admirantiũ clamoribus iſta reſpondent. Et in fine capituli ſic ait: His omnibus conſideratis non immeritò creditur, cum Aſtrologi mirabiliter multa verè reſpondent, occulto inſtinctu id fieri Ex quibus clarè liquet, temporibus Auguſtini Aſtrologos multa verius quàm nunc prædicere potuiſſe, & præcepta harum artium in tam varijs bellis diuerſarum gentium & nationum, in qua Romana & Græca lingua mutata eſt, intercidiſſe.

Firmicus ſcribit, inter alias prædictiones, ex Solis Eclipſi, quæ medio diei tempore accidit, Optaritij & Paulini conſulatu Mathematicos ex ſagaci intentione prædixiſſe, quid cunctis hominibus paulò pòſt futurum eſſet.

Idem narrat: Plotinum, cum primò nihil poteſtati ſtellarum tribuiſſet, poſtea ſerpente morbo minutæ partes viſcerum dilaberẽtur, ſolus ſuperſtes animus retinebatur, tandem cum vim fati ſentiret, & animaduerteret, proprio exemplo, quòd finis ſibi inſtaret, quem ſtellarum ignita indicia decreuerant, cunctos homines docuit, vim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

poteſtatemq́ fatorum ſtellarumq́ nulla poſſe ratione contemni.

Theophilus Imperator, cùm à Perſis Leo Philoſophus ob rerum cognitionem peteretur, conſentire noluit, & deinde Leonem in ſummo habuit precio, eúmque Theſſalonices præſidem creauit. Hunc egregiè Theſſalonicenſes coluerunt, propter eam, qua præditus erat, ſapientiam, & abſolutam omnium diſciplinarum peritiam, ſed præcipuè illum admirati ſunt hanc ob cauſam, quod ſterilis aliquando fuerit terra, nullumq́ eo tempore fructum produxerit, ita vt patria relicta multi aliò migrare voluerint, quos Leo conſolatus eſt, aſſerens inopiæ finem impoſitum iri, & tempus quddam, quod ſtellarum ſibi ortus, & lumen demonſtrauerat, ipſis indicauit, quo in terram ſemina proijcere præcepit. Hoc facto tantæ illis fertilitatis auctor fuit, vt in multos annos indigenis perceptæ fruges ſatis eſſent.

Theodoſius Iohannem Monachum apud Thebaidem, ob futurorum ſcientiam celebrem, & cuius prædictioni de Maximo opprimendo euentus reſponderat, de exitu belli aduerſus Eugenium conſuluit, cui ille victoriam pollicebatur, quæ ſecuta eſt.

Gauricus ſcribit, thema vrbis Conſtantinopolitanæ inuentum eſſe à Pomponio Gaurico in Bibliotheca Vaticana, à Valentino Antiochenæ erectum, & illam fundatam fuiſſe, anno poſt Chriſtum 638. die 2. Maij, hora 2. poſt ortum Solis. Ex qua vaticinatus fuit, illius infelicitatis tempora fore, anno 792. vt pote 1430. die 14. Martij, & nihil aberrauit, quoniam illa tempeſtate Mahometes vrbem illam cepit, & ex Chriſtianorum manibus eripuit. Quanquam hæc à Zonara paulò aliter referuntur.

Petrus Iuſtinianus ſcribit in hiſtoria Veneta, Planetarum diſpoſitiones & cæleſtium corporum figuram ſub Iouis aſpectu, fælicia omnium rerum incrementa denunciaſſe huic vrbi, his verbis: Attila defuncto Venetiæ populi, qui eius metu in hæc ſtagna confugerant, campeſtribus locis aſſueti, conſilia agitarunt remigrandi in continentem, ad patrias ſedes, quas ingenita natalis Soli dulcedine adamabant: Sed ex his plurimis ante oculos habentibus barbarorum immanitatem, incendia, fugas, fœdas q́ populationes, quibus antea Radagiſus, & Alaricus Gothorum reges, & nouiſſimè recen-

recentis memoriæ Attila Italiam affecêre: perpetuum his locis tutioris vitæ ſtudio figere domicilium placuit: atq; à diuinis orſi primi illi veneti pietatis cultores, naſcentem vrbem templo exornarunt, quod D. Iacobo dicantes medio Riualti foro erexêre. Iacta autem felicibus auſpicijs ciuitatis fundamenta, ac tanti imperij incunabula fuere, Pontificatu Papæ Innocentij primi, & imperante Honorio cum Theodoſio Arcadij filio, Anno CCCC XXI ad octauum Kalendas Aprilis, circa meridiei horam, in qua planetarum diſpoſitiones & cœleſtium corporum figuræ ſub Iouis aſpectu felicia rerum omnium incrementa denunciabant, vt ſignis, quæ hîc ponuntur patet cœleſtibus. Nam à Septentrione in Zodiaco Taurus, Aries & piſces dominabantur: ab Auſtro Virgo, Libra & Scorpio: ab Oriente Aquarius, Capricornus & Sagittarius: ab Occaſu Leo, Cancer & Gemini.

Sed cùm in meo exemplari, Venetijs excuſo, planetis nõ eſſent addita ſigna, omiſi. Neminem autem latet, quãta fuerit & adhuc ſit, amplitudo imperij vrbis Venetæ, quot ditiones, comitatus, oppidaq; teneat, & quod mirãdum eſt, nunquã fuit capta, & nullã vnquam habuit ſeditionem popularem, quæ ſtatum Reipubl. mutarit, cum durauerit in annum 1583. Annos 1162.

Lucas Gauricus etiam computauit Venetorum vrbis ædificationis figuram, & dicit eam ædificatam, Anno Domini 421. die 23. Martij, hora 17. Minut. 43. in meridie, ponit in Oriente 25. gradum Cancri: Solem in medio cœli in Arietis 4. gradu: Lunam in 14. Geminorum: Saturnum in 27. Virginis: Iouem cum Mercurio in 13. gradu Piſcium: Martem in 14. Libræ: Venerem cum capite Draconis in 6. gradu Tauri: & addit hanc ciuitatem fœliciſſimam fore (exceptis bellis propter Martem in ſuo caſu) quia habet Solem Aphetam in ſuo throno & cœlorum culmine partiliter ſupputatum. Et addit, Senatores dominij ſceptra adminiſtraturos, vſque ad annum Domini 1888. vel circiter, ſequens ætas videre poterit an vera dixerit, Differunt hi duo auctores inuicem de ortu Venetiarum, non in annis, ſed diebus.

Enar-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Enarrata ſunt quædã ſuprà de figura vrbis Romæ, quæ huc quoque commodè referri poſſunt.

Vates erat Doſitheus quidam, Studienſis Monachus, Venetijs oriundus, qui Iſaacio, cui familiaris erat, priuato adhuc imperium prædixerat qua prædictione euentu comprobata, ſummo honore & auctoritate apud hunc Imperatorem florens, Hieroſolymorum Patriarcha, poſt Leontij viri eruditi & virtute celebris obitum, deſignatus eſt. Nicetas.

Abdalæ patri Mahometis magna intercedebat familiaritas, cum Iudæo quodam Aſtrologo, qui ſe ex aſtris cognouiſſe affirmabat, infantem natum fore magnum imperio, & legis ſcientia (vtinam ea prædictio falſa fuiſſet, ſine dubio minus iam laboraremus.) Philip. Lonicerus.

Heraclio Mathematici prædixerunt, magnum ipſi & Imperio imminere periculum à circumciſo populo, & vt dicitur prouerbio: ſtellarum influxus facilius præuideri, quàm præcaueri poſſe: ita hic cùm Iudæos timeret, Saraceni ab illo ob negata ſtipendia defecerũt. Arabiamq́; cum nonnullis locis in Aegypto occuparunt, Mahometisq́; legem & ſectam inuexerunt, qui deniq; finem Imperio Byzantino attulerunt, & noſtro Imperio adhuc imminent.

Adelbertus Archiepiſcopus Bremenſis, Friderici Palatini frater, gubernator aulæ Henrici quarti Imperatoris, habuit apud ſe Nothebaldum Aſtrologum, qui multa ipſi vera prædixerat, in eo tantum deceptus, quod calculo ſubducto pronunciauerat, ex morbo quo perijt, illum non moriturum. Adamus Canonicus Bremenſis.

Ioachimus Abbas, vaticinandi peritia percelebris fuit, an Aſtrologus incertus ſum, ſed hoc ſcio, cum Gallorum & Anglorum reges, contra Saladinum arma mouerent, ad eos euentum belli prænoſcere cupidos perductus, ituros eos ſed parũ profecturos reſpondit, quòd nõ diram belluam ſua fata appeterent, nec terræ ſanctæ recipiendæ dies illuxiſſet. Chalcondyla, AEmilius.

Rogerius, vt mos eſt regibus, cum rerum futurarum pernoſcendarum cupiditate incenderetur, eundem Ioachimum Abbatem ex Italia in Siciliam accerſiuit, isq́; præſagiuit, ex Conſtantia filia ſi nupſiſſet, funeſtam Italiæ facem exorituram. Quocirca etſi non deeſ-

ſent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſent, qui Regi Conſtantiam veneno peuimendam conſuletent, Tancridi tamen nothi conſilio in ſacro Saluatoris Panormi educata eſt, & monacha facta. Sed cum decretũ fatidicũ humano cõſilio impedire ſatagit, in illud incidit. Nam Henricus quintus Imperator eam è monaſterio eduxit, & Fridericum ſecundum in ſenecta ex ea genuit, qui ambo maxima bella in illis oris geſſere, & Tancridi progenies ab his deleta eſt. Hiſtoria Sicula.

Guilhelmus Rex Siciliæ, primi regis Siciliæ, Rogerij filius, cùm ſciret Tancridum fratris ſui filium Aſtrologicis rationibus dies, tam obſeſsis, quam obſidentibus vtiles præuidere, ipſe quoq; cùm Aſtrologis ſuis diligentius attendebat, indicans familiaribus ſuis diem, quo deſcenſuros eos præuiderat, vt aduerſus eorum repentinas eruptiones exercitum præmuniret: Sic hoſtium impetum tantò facilius ſuſtinuit, & artem, quòd dicitur, arte deluſit.

Ioanni duci Burgundiæ, Caroli V. regis Franciæ fratri, qui à Baiaſete captus & ducentorum millium aurerum precio redemptus fuit, prædictum eſt ante illud bellum ab Aſtrologo, Turcarum fore victorem principem, qui ignem in pectore geſtaret, quo alluſum eſt ad inſignia ferri excuſſorij cum ſilice. Quapropter in huius rei memoriam cathenam tali forma, annexa aurei velleris effigie, quod ijs locis exulaſſet, in quibus fama eſt Iaſonem & cæteros Græciæ principes aureum vellus quæſiuiſſe, fieri curauit, & ordinem quo Hiſpanica & Auſtriaca familia hoc noſtro tẽpore vtitur, inſtituit. Carion.

Magiſter Chriſtianus, Aſtrologus Pragẽſis, Ladiſlaum Iagellonem Regem Poloniæ per ſacerdotem præmonuit, vt mortem ſibi imminentem præcaueret, quod multi Planetæ hoc anno coniungerentur, & fieret Eclipſis Lunæ ſub terra: mortuus autem nihilominus eſt eo anno, qui fuit annus Domini 1434. Anno Ætatis 49.

Ioannes Picus Mirandulæ comes, edidit librum aduerſus Aſtrologos: hi (inter quos fuerunt Bellantius Senenſis, Antonius Sirigatus Florentinus, & Angelus de Cataſtiuis Carmelita) vt artem veram oſtenderent, illum annum ætatis 33. non tranſgreſſurũ prædixerunt, ex directione aſcendentis ad Martem, quemadmodum ex ſcriptis hinc inde editis conſtat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Bellantius lib. 5. ſuarum reſponſionum, contra Picum ſic ſcribit: Nec vnum tacendum videtur: complures autem ſunt Florentiæ teſtes fide digniſſimi, quibus inſpecta Hieronymi Sauanarolæ genitura, quinq; ante eius iacturam menſes dum florebat, vitam laqueo terminaturum prædixi. Is quanquam crematus, tamen prius fuit ſtrangulatus.

Bartholomæus Chaſſanæus audiuit, vt ipſe narrat Mediolani, quòd eximius Aſtrologus dixiſſet Duci Mediolanenſi, Galeatio Mariæ Vicecomiti ipſum ex vulnere periturum, quòd eſſet ei proprius Vaſallus inflicturus. Aſtrologus interrogatus à Duce, quo mortis genere eſſet ipſe interiturus: qui cum reſpondiſſet, ſe in publico interemptum iri ex trabe ligni cadente: Dux ira accenſus ipſum mox decollari iuſſit, vt ex rei euentu cerneret Aſtrologicam artem eſſe falſam. Cùm interim pararetur locus, & campana ſolito more pulſaretur, populusq; concurriſſet, & ipſe traditus executori, ad locum ſupplicij deduceretur, exeundo palatium ſub porta magna, quæ eſt ante Eccleſiam Cathedralem, cecidit turris, quæ dictum Aſtrologum cum alijs interfecit. Et Dux Mediolanenſium in feſto S. Stephani, & in Eccleſia ipſi ſancto dicata Mediolani, vniuerſo aſtante populo, & ipſius aulicis, interfectus eſt à proprio Vaſallo: & ſic prædictio Chaſſanæi, de proprio exitu, & de morte principis vera fuit. Etſi princeps voluerit præuenire fatum, vt Domitianus Aſcletarionis, tamen non potuit, & eſt in his exemplis quædam ſimilitudo, niſi quod Aſcletarionis corpus à canibus ſtatim poſt mortem dilaceratum eſt.

Presbyter quidam Aſtrologus Galeatio Sfortiæ horrendam mortem inſtare minatus eſt: quo occiſo, ille multis vulneribus paulò pòſt interemptus eſt. Cardan.

Ioannes de Lignano tempore Martini V. Papæ, præuidens ex genitura filium cruci affigendum, volensq; fatali geneſeos diſpoſitioni ſuccurrere, eum ſacris initiari ac apprimè erudiri fecit. Sed ne ſic quidem euitare vim fati potuit. Nam cum eum conciues ſui ad Martinum Papam ablegaſſent, rediens domum propter legationem non fideliter tractatam de nocte à Magiſtratu Bononiẽſi ſuſpenſus eſt: quem cum eluceſcente die pater pendentem vidiſſet, deplorans, inquit,

quit, Eheu fili mi, tu infeliciſſimum fatum nec humanis literarum adminiculis, nec diuinis myſterijs ſuperare potuiſti.

Franciſcus Mariæ Ferrarienſis Aſtrologus, Iacobo Picennio dignitates, connubia, annum, diem, & horam mortis prædixit, qui à rege Ferdinando Arragono occiſus eſt.

Ladiſlao rege Vngariæ ac Bohemiæ, Alberti Imperatoris filio, cum inſigni pompa equeſtrium, pedeſtriumq́ copiarum Pragam introëunti, nuptias ibidem cum Caroli Galliæ regis filia celebraturo, Nicolaus quidem ex eorum numero, qui pronunciandi ſcientiam ex decretis aſtrorum profitentur malè fauſtum ingreſſum, planéq́ ſtellæ Crinitæ regibus horrendæ, quæ eodem anno apparuit, congruentem pronunciauit, quod vaticinium apud paucos curam, apud reliquos riſum, velut vanitate plenum excitauit, omnisq́ ſollicitudo omnium ac maximè regis intenta fuit in apparatũ nuptiarum, ſed rex paulò poſt morbo correptus, poſt ſex & triginta horas, quam ægrotare cœpit animam efflauit & ſic vaticinium Nicolai mœrore triſti completũ eſt. Ioã. Dubrauius Epiſcopus in hiſtoria Bohemica.

Hieronymus Cutica ob prædictiones veras pulſus eſt à Gallis in exilium ab vrbe Mediolanenſi. Carda.

Lucas Gauricus, Iohanni Bentiuolo, & ipſius filijs ac nepotibus exitium denunciauit, niſi ſe Pontifici ſubmitterent, propterea captus & à Tyranno ex alta trochlea ſuſpenſo fune quinquies quaſſatus eſt, qui tamen ante à Chiromante vt violenti cruciatus cauſas effugeret, erat admonitus. Sed poſtea Bentiuolus vnà cũ ſuis à Pontifice eſt ſuperatus & cæſus.

Friderici II. Imperatoris Aſtrologus ab eo interrogatus, cur tantum honoris Rudolpho Haſpurgenſi Comiti pauperi in aula ſua tunc verſanti, exhiberet, reſpondit, mortuis tuis filijs, quorũ adhuc decem ſuperſunt, ipſe & poſteri eius ad tua regna peruenĩẽt. Auctor Albertus Argentinenſis, quod exitus ipſe probauit. Nã anno Chriſti 1273. Cal. Octob. Rudolphus à Germanis principibus Francofurti in regẽ Romanum eligitur, cùm Baſileam obſideret. Et hodierno adhuc die videmus Rudolphi poſteros regnũ Neapolitanũ, & ducatum Auſtriæ & Sueuiæ, vnà cũ imperio & regno Neapolitano obtinere. Modernus. n. Imperator Rudolphus ab eo nomẽ & ditiones hæredita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rio iure accepit, & Philippus Hiſpaniæ rex ex eodem natus regnum ſiculum & Neapolitanum nactus eſt.

Cuſpinianus ſcribit, narraſſe ſibi Georgium Thurſum virum ſpectatæ fidei, & regis Vngariæ Camerarium, quod Matthias Mechouita ſingularis tam in medendo, quã prognoſticãdo eruditionis vir, Montium egreſſuro regi Poloniæ Sigiſmũdo, vt Cæſarem Maximilianum conueniret, qui Cracouia 5. Martij diſceſſit, prædixerit ipſum neq; viſurum Cæſarem, neq; expediturum quippiam niſi commodius tempus exſpectaret. Quod cum miraretur rex, vt erat animi incõcuſſi & firmi, conſtantiſſimè perſeuerauit in propoſito: Eundum, inquit, quò DEVS & fortuna vocat, promiſſum ratum ſeruabo, nemo me à propoſito abalienabit: Videbo Cæſarem & fratrẽ conueniam, interim per quoſdam ſecretarios mandat, vt diligenter à Matthia inquirant, ſeriòne an ioco locutus fuiſſet. Aſſerit idem, regem non viſurum Cæſarem, niſi expectare velit Iunium, & ante feſtum Diui Iohannis Baptiſtæ cum cum Cæſare omnino non collocuturum. Nihilominus tamen exiuit Rex, & cum tam longa mora traheretur ſæpe illius prædictionis memor fuit. Hoc idem Mechouita Andreæ Theſaurario perſcripſit. Quod & euenit, Decimo ſexto enim Iulij poſt longas tractationes & moras Imperator & rex ſeſe inuicem primum viderunt.

Maximiliano I. Imperatori à Mathematico Georgio Tanſteter mors prædicta fuit ſex annis antequam ei contigit, propter Solis Eclipſin, quæ ante mortem ipſius accidit Anno 1518. 7. die Iunij, cùm ille Ianuarij die 12. obijt Cuſpian. Sconerus.

Andræas Medicus & Aſtrologus Flandrus prædixit mortem Caroli ducis Burgundiæ & Iacobo 3. regi Scotiæ, ipſum à proprijs ſubditis interfectum iri; Buchananus ſic ea refert lib. 12. Anno 1467. legati ad Carolum Burgundiæ ad ſedãdas mercatorum querelas miſſi, cum in Flandriam appuliſſent ibi comiter accepti. Ab eis aliquando fortè fortuna inuitatus, vt vnà cœnaret Andreas quidã medicinæ profeſſor, & qui magnã Aſtrologicarum prædictionum habere putabatur peritiam; is audita eorũ aduentus cauſa, ſeductos occultè admonuit, non eſſe, cur magnopere feſtinarẽt. Intra paucos enim dies certum de duce nuncium affuturum nec prædictioni defuit

euen-

euentus. Nam intra triduum eſt renunciatum, ducem exercitu profligato ad Nancæum Lotharingiæ oppidum, ab Heluetijs eſſe interfectum. Ita illi rebus, ob quas profecti erant, infectis, reuerſi, cum apud regem, Andreæ de rebus futuris præſcientiam, mirè laudaſſent, animum eius in eas artes procliuem impulerunt, vt magnis pollicitationibus hominem ad ſe accerſeret, ac non ita diu poſtea aduenientem beneuolè exciperet, & opulento ſacerdotio, alijsq́; muneribus donaret, ab hoc rex accepit, ſibi à ſuis exitium imminere: quod euentus deinceps comprobauit. Buchananus.

Iacobo Morauiæ Comiti, Mariæ Stuartæ reginæ Scotiæ fratri notho, cum Prorex Scotiæ eligebatur, qui diuinandi ſcientiam ſibi arrogant, diem præfinierunt, inter quem inimici illum eſſent interfecturi, qui cùm circa id tempus ex inſidijs globulo plumbeo, propè renes tranſmiſſus, 10. Calend. Februarij, anno ſalutis partæ, 1571. ex vulnere obijt. Buchananus.

Richardus de rebus hybernicis: Attendendum eſt hoc loco, vnum inſigniter diem hybernicis infeſtum, & quaſi fatalem illuxiſſe. Limmericum, die Martis Britanni expugnabant. Die enim Martis Guesfurdia fuit dedita: Die Martis VVaterfurdia ab obſeſſoribus occupata. Die Martis Dublinienſis ciuitas armis oppreſſa.

Hæc quidem notatio vnius diei, & obſeruatio, diuinantibus, qui natalitijs prædictis ſunt illigitati, magnam diſputationis materiã daret, Martis maieſtatem, ſuo præcipuè die in caſtris fataliter dominari.

Guido Maltrauerſus Patauinus Comes, Lucij Vici Patauini ex Conſtantia filia, Obicij Marchionis Eſtenſis filium habuit Nicolaum, quem Iambonus Andreades pernicioſum patriæ ciuem fore prædixit, & Guidonem tãtum mouit, vt eum exhæredare voluerit, niſi amici obſtitiſſent. Nicolaus opibus & gratia potẽs in patriæ perniciem, cum Cane Scaligero cõſpirat, vnde bellum ortum, in quo vltra centena hominum millia occiſa fuerunt. Sic verum fuiſſe Iamboni vaticinium, exitus ipſe probauit.

Cominæus ſcribit, quod Epiſcopus Viennenſis multò ante prædixerit, Ferdinandum nomine vltimum fore regem Neapolitanum, cum Alphonſus Rex, cum Friderico filio nouendecim annorum iuue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

uenè adhuc viueret, & Rex eſſet. Quare Ferdinandus vltimus promiſit Cominæo quotannis, ſi Rex fieret, 200. Coronatos.

Guido Bonatus, Foroliuienſis Aſtrologus, ſub Martino IIII. Guidoni Montis Ferrati Comiti diem prædixit, quo ſi Foroliuio egreſſus aſtu inuaderet hoſtes, eos ſuperaturus ac victoria potiturus, ſed in coxa vulnus accepturus eſſet: Atq́; vt Guido Comes ſermoni fidem haberet. ipſe egredi vrbe vnà cum Comite, & intereſſe pugnæ voluit, ſtupasq́;, oua & alia, quibus vulneri nondum facto opem ferret, ſecum extulit, ſecutoq́; pugnæ ac victoriæ euentu, quem prædixerat, vulnus Comiti illatum eſt.

Idem Guido ciuibus ſuis, qui aduerſus pontificē bellum gerebant, horam pugnæ aſſignauir, in qua pugnantes victoriam reportaturi eſſent, nec fefellit eos. Volater. lib. 21.

Idem ordinauit horam, qua plebs Sicula, Frācos, qui inibi erant, adoriretur, & ſuperior euaderet, & ita accidit. Condicta enim die & deſignata hora omnes Galli, qui in Sicilia erant, mactati ſunt. Vnde Veſperæ Siculæ. Mach. hiſt. Flor. 1.

Auctor libri Germaniæ exegeſeos ſcribit: viros exiſtere in Germania Mathematicæ diſciplinæ doctiſſimos, Ioannem Verdung de Hasfort: Ioannem Stoffler Iuſtingenſem, Tubingenſium Aſtronomum: Ioannem Reiniger: Ioannem Schenot Bambergenſem: Stabium Cæſareæ Maieſtatis à ſecretis, & pleroſq́; alios magni Mercurij comites, qui in totius naturæ myſterijs adoleuerunt, & vero præſagio nouerunt, τὰ ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα*: id eſt, quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ futura trahentur.*

Manilius Antonius, Sixti quarti & Iulij Pontificis Maximi cubicularius, vates verus fuit, fatorumq́; præſcius multa vera Pontificibus reuelauit.

Seraphinus Medicus & Aſtrologus febri correptus, prædicta die & hora mortis conſtantiſſimè obijt.

Ioannes Moiebanus Aſtrologus, ſibi & vxori verum tēpus mortis prædixit, referente Ioanne Cratone Medico: quondam Ferdinandi Imperatoris, cuius dictum eſt: Quod fatalis pictura ſit in cœleſti tabula.

Iacobus Mutius, Attendula Sfortia Dux Clariſſimus, ex quo Du

cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

cum Mediolanēſium vltima familia orta eſt, editus eſt vtero matris die Martis 5. Calend. Iulij ſub aurora: anno à partu virginis, milleſimo trecenteſimo & ſexageſimo nono: ex cuius genitura Mathematici præcellentem ſyderum poſitum & ſedes conſpicati, ei magnum imperium, immortalem gloriam, felicemq; ſobolem prædixerunt, idq; demum ſubiunxêre, eum nequaquā exacta ætate, & morte quidem repentina moriturum, quæ omnia acciderunt illi. Nam dux militū ſummus factus, excellentibus poſteris relictis in cœnoſo vado, equo quanquam inſigni poſterioribus cruribus deficiente ſubmerſus eſt. Hic tribus vicibus ante mortem captus eſt, ſemel manu hoſtium, bis inimicorum fraude. Iouius.

Brachius ſemper aduerſarius Sfortiæ, & contra quem Sfortia cum grandi exercitu contendebat, cum ſubmerſus fuit, huius fortiſſimi viri caſum, poſtquam inuidia deceſſerat, humaniter indoluit, nec inſtantis belli periculo liberatus, alacriorem vultum militibus oſtendit, vtpote qui fatalis arcani conſcius, ab Aſtrologo didicerat Sfortiam violenta correptum morte, anteceſſurum quidem ſe, paulò poſt & ipſum pari veluti ſorte eundem fortunæ exitum habiturum.

Erat Brachius Sfortia natu maior octo menſibus tantum & nouem diebus. Ita tum Mathematicorum diſciplinæ ex vtriuſq; inſignis viri caſu magna fides aſtrueretur. Vix enim quintum ſuperuixit menſem, cùm ad Aquileiam per tredecim menſes fruſtrà oppugnatam obſeſſamq; memorabili tādem prælio, Sfortiani militis gladio ſuperatus ac interfectus, & ſyderum & multorum vatum fidem impleuiſſet. Idem Iouius.

Franciſcus filius primogenitus Sfortiæ, in quem (vt Iouius ſcribit) ab admirabili quodam ſyderum concurſu, cuncta humanæ felicitatis ornamenta, virtus & fortuna contulerunt, natus eſt anno à partu virginis vno & quadringenteſimo ſuprà milleſimum, decimo Cal. Auguſti, cùm Sol occideret. Ex hoc tempore Aſtrologi feliciſſimam eius fortunam, & vitæ tranſactæ tenorem indicarunt.

Petrus Leonius Spoletanus Medicinæ & Aſtrologiæ peritiſſimus, cùm ſibi ſubitæ mortis piculū in aqua portēdi cognoſceret, à Patauio Venetijsq; in Vmbriā & Spoletū migrauit, vt frquētes nauigatiōes effugeret. Mox vbi ad Laurentiū Medicē vocat⁹ eſſet, & ex aſtrorū ſcien-

ſcientia morbum ſalubrem prædixiſſet, omnemq́; benè gerendæ rei occaſionem prætermiſiſſet à Lazaro Placentino illuſtri medico (qui à Ludouico Sfortia Ticino miſſus, ſera afferebat remedia) reprehenſus, atq; adeò omnibus inuiſus poſt mortem Laurentij, incertum an deſperarione actus, an illata vi à Petro Laurentij filio, in proximæ Caregio villæ puteum præceps datus mergitur: In principis Florentini morte præuidenda calculi fortè aut Iudicij errore deceptus, in ſui ipſius fato cognoſcendo vates nequaquam falſus.

Poſt Iulij II Pontificis mortem, cùm Iohannes Cardinalis modicis itineribus Romam contenderet, Eraſmus Germanus ſubtiliſſimus Mathematicus pridiè quam vrbem intrarat Ioannes, in corona nobilium neminem fore Pontificem ex his Cardinalibus, qui in vrbe eſſent, audaciſſimè prædixit. Ferebant etiam Marſilium Ficinum, qui eximiæ auctoritatis fuiſſet Aſtrologus, ex fortunata & regia geneſi, ei ſacrorum principatum quum adhuc puer eſſet, nec planè ſacris initiatus, omnino detuliſſe. Iouius lib. 3.

Seraphinus Mantuanus Monachus, Aſtronomiæ & Chiromantiæ peritus, eidem Ioanni Mantuæ in Monaſterio Monachorum, illum futurum Pontificem prædixit, cùm eſſet iuuenis annorum 37. & pauperrimus, paulò antè liberatus ex captiuitate, & vtroq; oculo ferè orbus, ita vt ipſe Ioannes talia ſibi euentura, nequaquàm ſperaret, aut crederet. Paulò autem pòſt electus & Leo X. eſt nominatus. Hic Monachus vocatus Romam, cùm eſſet Leo in Pontificem electus, maluit in ſuo Monaſterio, quod reliquum eſſet, vitæ, tranſigere, quàm Romæ eſſe. Leo itaq; decimus quadringentos coronatos annuatim Monaſterio decreuit. Gauricus.

Benedictus Bordonius, Aſtrologiæ peritiſſimus, & admirabili quodam diuinationis munere præditus fuiſſe perhibetur. Qui aliquando ſeu natura, aut diuino quodam furore, vel potius felici quodam caſu in ea re (vt audiui ex his qui hominem norant) admodum excelluit: Vera multa in futurum prædicens. Auctor Bernardinus Scardeonius.

Cùm Muleaſſes Rex Tunetanus, à filio captus & excæcatus eſſet: Abimelech eius Germanus frater, qui apud Numidas exul erat à Touarre Caroli V. præfecto in Guleta ad ſpem regni euocatus, con

fiſus

ſiſus Numidarum Principis opibus, & Aſtrologis prædicentibus, iampridem, eum regem euaſurum, & in regia Tuneti moriturum, feliciter rem aggreſſus, regnum in ſuam poteſtatem redegit, & paulò pòſt vita excedens, regio funere elatus eſt, vt illi prædictum erat.

Paris Mantuanus, Paulo III. Pontif. Max. prædixit annum Pontificatus ſui, & vitæ terminum, quando annum octuageſimum primum egreſſus eſſet, quam ætatem Pontifex aſſecutus eſt. Conſtat hoc ex epiſtola Mantuani ad Farneſium, tum Cardinalem, inuenta in arcanis occiſi Principis Petri Aloiſij, filij Pauli tertij, Pontifice adhuc viuente: quam hic legendam ſubieci, editam à Cardano.

Reuerendiſſ. Vidi, & cum ſummo ſtudio ea, quæ ad me tranſmiſiſti circa genituram Veſt. Reuerend. D. & diem natiuitatis, quæ fuit 28. Feb. hora 6. min. 46. Anno Domini 1468. cuperemus recurſu ſyderum ſatisfacere deſiderio tuæ D. Reuerendiſſ. in his proximis annis. Verùm ſydera pro nunc non ſunt diſpoſita, ſed in aliud tempus erunt benigniora. Pollicentur enim aſſumptionem ad ſummum gradum Pontificatus anno Domini 1534. qui erit annus 66. dies 253. hor. 9. min. 34. ex directione Solis ad Trinum Mercurij, cum teſtimonio Iouis & Saturni. At interim non leue periculum in aquis anno 61. men. 6. dieb. 3. Ex directione Lunæ ad quadratũ Saturni anno ætatis 81. dieb. 68. anno 1559. Domin. Veſt. Reuerendiſſ. grauiter ſe habebit cum magno vitæ diſcrimine, quæ dies erit 4. vel 5. Maij 1549. ex directione aſcendentis ad ſuum trinum, qui pro quadrato habetur, eò, quia eſt in ſignis breuium aſcenſionum, cum teſtimonio Saturni domini terminorum illius directionis, & ſine auxilio Iouis, cùm non reperiatur in aſpectu quadrato, trino & oppoſito in iſta directione. Poſſet tamen præſentia Iouis conferre, quod tamen nos non credimus. Hactenus ille. Certum eſt, quòd Paulus ſatellitio ſtipatus, iuxta tempus definitum cecidit in flumen, in quo penè ſubmerſus eſt: de Pontificatu ſerius iudicauit 23. dies, cùm prius electus ſit. Anno indicato mortuus eſt, ſed vixit aliquot dies diutius quàm prædixit.

Dethleuus Reuentlouius nobilis Holſatus, prædixit Friderico I. & Chriſtiano III. gubernationem regni Daniæ ac Noruegiæ, & di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

uerſas victorias, cum regna iſta Chriſtiernus II. gener Philippi Regis Hiſpaniarum adhuc teneret. Quemadmodum & tempus horum filiorum, quo die eſſent naſcituri, & cuius ſexus eſſent futuri, ſtatim poſt conceptionem.

Idem Andreæ de Barbi, Epiſcopo Lubecenſi dignitatem, genus mortis, annũ, & menſem denunciauit, qui obijt anno Domini 1559. die 12. Auguſti, vt exemplar ſchematis & iudicij ſui propria ipſius manu ſcriptum teſtatur, quod in Bibliotheca Ranzouiana Bredenbergæ extat.

Supra dictus Reuenlouius, Imperatori Carolo belli exitũ, quod geſſit cum Proteſtantibus Electore Saxoniæ, & Landgrauio, prædixit, & profectus eſt ad eum Gengam verſus, in quo itinere perijt, aut propter honeſtum munus, quod à Carolo acceperat, interfectus, aut alioqui ab ignotis, vt fit in bellicis tumultibus, trucidatus.

Gauricus monuit Henricum II. Regem Galliæ per literas, quinquennio antequam moreretur, vt finito 41. anno ætatis vitaret duellum. Aſtra enim minari vulnus in capite, quod vel cœcitatem, vel mortem continuò afferret.

Tomo tertio hiſtoriarum, quæ ſub Ferdinando Imperatore contigerunt, ſcribitur de eodem Henrico II. Gallicus quoq; vates occultè pronunciarat, fore vt ad vitæ regiæ periculum illæ ludicræ decurſiones ſpectarent, id quod iam popularibus quoq; ſermunculis non obſcurè iactabatur. Sed Rex neglecto conſilio ſuorum, ſomnium quoq; vxorium, & oracula contẽnens, luctuoſo omnia exitu comprobauit.

Franciſcus Gonzaga, Marchio Mantuæ, à Maluetio Bononienſi captus eſt, quod multò antè in vaticinio quodã expreſſe ei prædixerat Gauricus.

Idem Gauricus etiam indicauit Paulo III. illum certo anno Pleuritide laboraturum, aut in aquis periculum vitæ aditurum, quod cum accidiſſet, ob prædictionis veritatem remunerãdam, fecit illum Epiſcopum Ciuitatenſem, & equitem S. Pauli.

Idem Gauricus Venetijs etiam, vt dicitur, edidit prognoſticon, in quo Franciſcum Galliæ regem ad hoſtiles manus peruenturum, antequam contigit, affirmauit.

Iulianus Riſtorius à Prato, edidit prognoſticon anno Domini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

1528. in quo multa verè prædixit, vt non ſolum obſtupefecerit Florentinos & Romanos, ſed vniuerſam quaſi Italiam, & vtrumq; & Gallorum & Hiſpanorum exercitum. Iunctinus.

M. Marcelli Ceruini de Monte Politiano pater, Aſtrologus, videns eius geneſin, hodie eſt mihi natus ſummus Eccleſiæ Antiſtes, exclamauit. Gauricus ei prædixit, ante ſupremos cineres, honores Eccleſiaſticos maximos adepturũ: vtrumq; factum eſt. Nã primo Cardinalis creatus eſt, poſtea Põtifex Max. eiq; paulò pòſt è viuis ſublato Paulus IIII. eſt ſuffectus. Onuphrius hæc ita refert. Marcelli Ceruini pater Richardus, animaduerſo ſtellarũ curſu, qui tum erat, cum naſceretur ex earum coniunctione, vti erat eius artis peritus, ſummum ſacrorum principatum filio prædixit. Qui quidem perſuaſioni ſuæ tantum indulſerat, vt cum poſt multos inde demum annos à ciuibus ſuis ad filij ætate iam grandis nuptias incitaretur, eas conſtanter recuſaret, nolle ſe dictitans longè clariorẽ vitæ ſtatus conditionem, quam illi aſtra portenderent, illis veluti vinculis impediri.

Mattheus Delius Danus, conſtituens in Oenoponte anno domini 1551. Philippo Hiſpaniarum regi figuram natiuitatis, Medico Cæſareo Caroli V. ipſi tempus natiuitatis præſcribente, & iudicium eius poſtulante, prædixit, ex Marte in ſecunda retrogrado & damnato à Luna, Lunaq; ab illo, ſignificare ei paternã ſubſtantiam aliquo modo frangi, & cum haberet Solem in domo cadente diminui potentiam eius, cum maxima viſa eſſet. Erexit etiam eodem loco & tempore, Carolo Philippi regis filio thema: in eius expoſitione talia ſcrbit: Hæc figura inchoata eſt in ipſa coniunctione luminarium incidentium in tam grauiſſima loca Eclipſium præcedentis anni, ita vt non debito tempore prodierit infans, & mirum quod ipſe vnà cum matre non perierit, rarò enim veniunt ad ſenectutem: & ſi viuunt, maximas experiuntur aduerſitates, Quidam carent viſu, quidam auditu, alij loquela, vt hîc natus: tamen proceſſu temporis mutabitur, non erit tam longæuus quàm pater, morietur in adoleſcentia, poſt directionem Saturni ad aſcendẽtem. Exemplar ſchematis etiam inuenitur in Bibliotheca Ranzouiana, & aliud etiam extare in Hiſpania apud regios miniſtros non eſt dubium.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Michael Eitzingerus refert, Philippum Melanchtonem, cum Guilhelmus Naſſouius Auriaci pater filiorum genituras ei protuliſſet, & de ſingulis iudicium ipſius exquirens, eam quæ eſt Auriaci peruestigaſſet, dixiſſe: multa quidem eum moliturum, ac magna, ſed mortem fore violentam. Natus autem eſt anno Domini 1533. die Aprilis 13. hora 14. minuto 12. eiq́; Aquarij gradus aſcendit.

Idem etiam ipſi Cornelium Gemmam & alios Astrologos prædixiſſe Eitzingerus refert: In qua Astrologorũ ſententia ego etiam ſemper fui, vt libri ante hac excuſi teſtantur. Eſt autem anno octuageſimo quarto, die 30. mẽſ. Iulij, tribus plombeis globulis, è parua bõbarda, à Nobili Burgundione, Balthaſaro Serac, Aulæ ſuæ familiari, emiſſis, Delfis in Hollandia, vita priuatus, Ita vt Philippi Melanchtonis, Cornelij Gemmæ, ac meæ prædictioni, euentum reſpondiſſe, deprehendatur.

Sixtus ab Hemminga quanquam edidit refutationem Astrologiæ: tamen in genitura Ioannis Auſtriaci fatetur, quod deduxerit ſeptem annis ante mortẽ Auſtriaci pro vitæ longitudine Lunam ad oppoſitum Saturni & Horoſcopum ad corpus Saturni, & quod peruenerit Lunæ directio ad Saturni oppoſitum in annis 31. menſib. 7. diebus 6. quo ipſo tempore ætatis ſuæ, & anno & menſe, & die Auſtriacus conceſſit fatis, peſte ſcilicet anno, 1578. 2. Octob. hora 2. pomeridiana extinctus: & addit: Si in omnibus natiuitatibus vel etiam pleriſq́; hoc pacto conuenirent euentus cum directionibus, ſolam ſe Aſtrologiam magnifacere velle, eamq́; præ cæteris ſcientijs vnicè amplecti, & tanquam diuinam colere. Quanquam autem Sixtus ab Hemminga aliquot diuerſa exempla allegat, in quibus ipſi euentus minimè reſpondere videntur directionibus: tamen ſi addantur, aut demantur pauca tantum minuta, directiones multæ conueniunt. Tum etiam alij Aſtrologi, diuerſa ediderunt de his iudicia, diuerſasq́; protulerunt directiones, & tempora natiuitatum, quæ cum rebus ipſis conuenire affirmant. Ego tamen laudo eius ſtudium. Nã diſputando veritas indagatur, & eluceſcit. Imprimis autem mihi placet, quòd præcipuam cauſam euentuum non aſtris, ſed Deo aſſcribit, tanquam Domino aſtrorum & noſtrorum omnium, quod & ego facio, nec vnquam aliter ſenſi. Hic enim cauſis ſecundis liberrimè imperat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Reginæ Franciæ Catharinæ Medices, Henrici regis coniugi prædictum eſt ab Aſtrologis, eam natam eſſe ad deſtruendum principatum, ad quem connubio perueniret, teſte Guicciardino, quemadmodum eius auunculus etiam Clemens VII. Pontifex, Carolo V. retulit: Iouio narrante in ſua hiſtoria. Id an ita ſit, penes lectorem iudicium eſto.

Iunctinus prædixit Henrico Poloniæ Regi, Henrici Gallorum regis filio, anno Domini 1572. in tractatu de ſtellis fixis, cùm haberet canem Minorem in Horoſcopo, quæ ſtella regna & imperia decernit, illum ad maiora rerum culmina peruenturum, antequam Rex Fraciæ eſſet factus, quod contigit anno Domini 1574.

Natalis Comes, in ſua hiſtoria ſcribit, quòd cladem Gallorum factam ad S. Quintinum, in qua Conneſtabilis, Monpenſerius, Mareſchalcus S. Andreæ, Reingrafius, Lanſaccius, & ferè bis mille nobiles capti & interfecti ſunt, multò antè prædixerit Michaël Noſtradamus, rerum Aſtronomicarum peritiſſimus, cum multis inde ſecutis calamitatibus, in quodam prognoſtico. Et addit Natalis Comes hæc verba: Neq; enim tam fallax exiſtimari debet, vt aſſolet, prædictio, quæ à peritiſſimis fit aſtrorum, cùm DEVS optimus rerum omnium moderator, non ita occultas eſſe aliquando imminentes calamitates voluerit, vt eas deuitare nō poſſimus, ſi expergiſcamur. Sed propter inſcitiam ferimur plerunq; tanquam prono alueo fluminis, neq; ſtudemus per ſapientiam viribus aſtrorum reſiſtere. Nam profectò facilius eſt ſapienti præuiſum, quàm ignoratum periculum deuitare, cum imprudentia contrà, & inſcitia periculi deuitandi, ipſa propè ſit neceſſitas.

Sleidanus ſcribit, Carolum V. iiſdem Calendis, quibus natus erat, Imperatorem creatum fuiſſe, Bononiæ à Clemente VII. coronatum, Franciſcum Regem Galliarum cepiſſe, & de Germania triumphaſſe. Habuit autem in ortu Capricorni ſydus, quo ſydere etiam natus fuerat Auguſtus, qui propterea nummum felici Capricorni ſydere percuſſit, vt antè indicatum eſt. Ad quod etiam Horatius alludit, cùm Heſperiæ tyrannum Capricornum appellat, eodem ſydere Carolum Borbonium, Coſmum Medicen, natum Cardanus ſcripſit, & Selimum principem Turcarum, qui ſeptimo Calend. Septemb. eo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

dem menſe, quo Marcum Antonium Auguſtus vicit, Regem Perſarum Hiſmaelem in Caldezaniſis campis fregit. Biennio pòſt eiſdem Calendis Campſonem Soldanum de Imperio deiecit. Hi omnes habuerũt Capricornum in ortu, & ſinguli ad maxima imperia, regna, ducatus, & opulentas hæreditates peruenerunt, multaq́; & grauiſsima bella felici exitu geſſerunt, imperare autem ceperunt Auguſtus, Carolus & Coſmus Medices anno 19. ætatis. Vnde huius artis conſenſus colligi poteſt. Quo fundamento etiã ſine dubio nixus Baſilicus Mathematicus, prædixit Coſmo Medici Florentiæ Duci, cùm adhuc priuatus eſſet, & de eo nihil cogitaretur, ingentis opulentiæ hæreditatem ſibi portendi, quòd in ipſo geniture horoſcopo Capricorni felix Aſtrum, mirabili conſpirantium ſyderum aſpectu irradiatum eſſet. Iouius.

Idem Alexandri cædem, magna cum multorum admiratione indicauit, & tanta animi confidentia, vt certum quoq; percuſſorẽ deſignauerit, qui eſſet ipſi intimus, habitu gracili, ſuſpenſa taciturnitate, ferè cæteris inſociabilis. Quibus indicijs veluti digito mõſtrabatur Laurentius Medices, qui nefario auſu ipſum cõtra omnia conſanguinitatis & hoſpitalitatis iura, in cubiculo trucidauit. Iouius.

Addo & hoc ad prædictiones reliquas, quod Galenus lib. 3. de dieb. decret. ſcribit: Et Hermes Triſmegiſtus in Iatromathematico, hoc eſt in ſua Medicinæ cum Mathematica cõiunctione, affirmat: Illud, inquit, denuò repetendum eſt, quod nos obſeruantes veriſsimum eſſe comperimus, ab Aegyptijs Aſtronomis inuentum, Lunam non modò ægris, ſed etiam ſanis dies tandẽ quales futuri ſint, poſſe prænunciare. Si enim ad Planetas temperatos ſteterit, quos ſalutares Latini nominãt, fauſtos ac bonos producere: ſi ad intemperatos, graues moleſtosq́;. Fingamus homine quodam naſcente ſalutares Planetas in Ariete, malignos in Tauro eſſe. Is homo nimirũ cum Luna in Ariete, Cancro, Libra & Capricorno fuerit, pulchrè deget. Cũ verò Taurus ipſum vel tetragonum aliquod, vel diametrum ſignum occupat, male tunc & moleſtè vitam tranſiget. Atq; iam morborum initia huic cum Luna in Tauro, Leone, Scorpione, & Aquario fuerit, peſsima: ſine periculo autem & ſalubria ſunt, cùm Arietem, Cancrum, Libram, Capricornum, Luna permeat. Hoc verum eſſe, non ſolum

medici,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

medici huius ſeculi prorſus affirmant, ſed & quotidiana experientia teſtatur, ipſiq́ ægroti ſenſibiliter percipiunt: quemadmodum etiam ego hoc verum eſſe ſenſi, & expertus ſum. Nam cum in iuuentute mea valdè ex Aſthmate laborauerim (quo iam diuina fauente clemeneia liberatus ſum) ex coniunctione Lunæ cum Saturno aut Marte, & futuro ſigno aſcendente, ab ipſis tempore natiuitatis meæ læſo, certò mihi ipſi pͥdicere potui, qua die & hora eſſē laboraturu. : Quā ob cauſam etiam huic arti, & medicinæ maiori ſtudio, & labore deinceps incubui, vt ſic propriæ ſanitati, q̄ omnibus triūphis, & diuitijs in tota vita eſt pͥſtantior, morbi neceſſitate adductus, cōſulerē.

Vltimo loco hoc quoq́ addendum eſſe duxi quòd hiſtoriæ omnium temporum teſtantur, commixtiones ſuperiorum Planetarū, motus, bella & diuerſi generis morbos excitare, & quòd prædictiones tales, quæ fiunt ex coniunctionibus, ſunt ſigna vera monentia homines de futuris calamitatibus, & mutationibus.

In Scorpione, coierunt Planetæ ſuperiores, cum inter Pompeium & Cæſarem ciuilia bella toto terrarum orbe exarſerūt, variæq́ conuerſiones regnorum, ac Rerumpub. & Imperiorum contigerunt.

Rurſus ijdem Planetæ in Sagittario coierunt, anno Chriſti 73. cum Otto, Galba, Vitellius, & Veſpaſianus Imperium Romanū perturbarunt, & Hieroſolyma & Paleſtina, vnà cum Iudæis in ſeruitutem peruenirent.

Similiter coniunctionē factam in ſydere Capriconi, anno Domini 312. ſecuta eſt trium Imperatorum & legionum Romanarum maxima ſtrages: Cùm Imperator Conſtantinus vi & armis vrbem inuaſit, totiusq́ Imperij Romani leges & Rempub. momento vertit.

Anno Chriſti 430. Planetis in Aquario conglobatis, Gothi in Europam à Septentrione irruerunt, & Romanum Imperium oppreſſerunt.

Planetarum coitio in Scorpione contigit, anno domini 630. Quo Arabes ex Aſiæ deſertis erumpentes, vniuerſum ferè terrarū orbem armis domuerunt, nouas leges tulerunt, religiones confuderunt, ac imperium Perſarum deleuerunt. Poſtremò linguam Græcam, Latinam & Perſicam in Aſia & Africa ſuſtulerunt.

Anno Dom. 1343. Synodus fuit Planetarū in Aquario: Germania

terræ motu

terræ manu, Apulia bello concuſſa, & ſacra lues ab ortu verſus occaſum ſerpere cœpit.

Coniunctio magna accidit in Piſcibus, anno Chriſti 1464. quo tempore tyrannides ac bella ciuilia totam Europam inuaſerunt. Eduardus III. Henricum Angliæ Regem necauit: Fridericus Imperator à ſuis Viennæ obſeſſus: Ludouicus XI. Gallorum Rex principũ coniuratione ferè oppreſſus: Florentiæ maximæ ſeditiones fuerunt: Scanderbegius Albaniæ Dux à Turcis defecit.

Planetarum in Aquario coniunctio incurrit in annum Domini 1483. cum repentè Italia, quæ diuturna pace conquieuerat, tum ſuis tum Germanorum, Gallorum & Hiſpanorum armis eſt oppreſſa: & etiam hoc tempore inaudita lues (vt ſupera dixi) totam Europam infeſtauit.

Magna coitio facta eſt in Piſcibus Anno 1524. quo tempore Gallia & Dania bellis ciuilibus, Germania verò tota nobiliũ & plebeiorum inter ſe concurrentibus armis fœdiſſimè laniata.

Rex Galliæ Franciſcus Papiæ captus eſt à ducibus Caroli V. & ab his Roma ſuperata: & Pontifex Clemens Septimus in ipſorum manus peruenit, redemptus 40000 ducatis & 25. Epiſcopatibus maximi prouentus regno Neapolitano incorporatis. Rex Chriſtiernus II. eiectus Dania. Hafnia vrbs obſeſſa & capta eſt, Fridericus I. in patruelis locum coronatus & rex factus. Rhodus à Turcis expugnata eſt.

Anno domini 1583. habuimus coniunctiones planetarum ſedecim, omnes in Piſcibus, inter quas fuit etiam Saturni & Iouis, Anno 84. 14. coniunctiones in Ariete & Eclipſin Solis & Lunæ in Tauro. Anno domini 86. coniunctiones etiam in Ariete tredecim, & vnam in Tauro Solis & Mercurij. Deinde anno domini 88. coniunctiones 12. in diuerſis ſignis. Has abſq; dubio ſequentur nefaria cõſilia, ac facta, motus, ſeditiones, bella, cædes in ciuitatibus, regnis ac prouincijs, inaudita genera morborum, peſtis, obitus magnorum regum ac dominorum, infinitæ diſſenſiones, ac nouæ diuerſitates opinionum in religione, ac deniq; ingentes calamitates in toto orbe terrarum, vt multi rerum cœleſtium periti opinantur, colligentes hæc ex euentibus, quæ ſecuta ſunt præterlapſas coniunctiones, quas recen-

Adueniet bellum ſimul ac ſæuiſſima peſtis.

recenſui. Vetuſtas enim longinqua obſeruatione incredibilem ſcientiam, Cicerone teſtante, affert.

Nec ſilentio prætereundũ eſſe cenſeo, omniũ prædictionum Aſtrologicarũ veriſsimas & certiſsimas eſſe Eclipſiũ, tam Solis quã Lunæ, quas artifices & cultores machinæ cœleſtis longè vltra hominũ memoriã ante Chriſtum natum, & poſt, quando, quomodo, quo in loco, quibus annis, menſibus, diebus & ferè horis futuræ eſſent, prædixêre, effectusq́ earum expoſuere, & iam adhuc eas futuras ſcriptis ſuis Ephemeridibus præſentes veſtri Aſtrologi indicant. Quod & Cicero teſtatur his verbis, Solis & Lunæ defectiones prædicuntur in multos annos, & in omne poſterum tempus, quæ, quantæ, & quomodo futuræ ſint, ab his qui ſyderum motus numeris perſequuntur. Ea enim prædicunt, quæ naturæ neceſsitas perfectura eſt, videntq́ ex conſtantiſsimo motu Lunæ, quando illa è regione Solis facta, incurrit in vmbram terræ, quæ eſt meta noctis, vt eam obſcurare neceſſe ſit.

Et cum hæ Eclipſium prædictiones ex certis, & veris demonſtrationibus conſtent (quas à maioribus acceptas Aſtrologi conſeruauerunt, & propria induſtria longa, obſeruatione, & experientia, nec non Eclipſium & temporum, tam veterum, quàm recentiorum collatione auxerunt, ita vt ab illis, ſi artem recte teneant, infallibiliter, quot Eclipſes præterlapſæ fuerint ſubductis numeris colligi, & quæ adhuc futuræ ſint præuideri, & prædici in multa ſecula poſſit) & experientia vniuerſalis teſtetur, eclipſes regionibus damna, nec non hominibus incommoda plurima, principibusq́ plerunq́ mortem præſignificare, non alienum fuerit à noſtro propoſito, ad prædicta exempla alia etiam illuſtria hoc loco ſubijcere.

Eclipſis Lunæ viſa eſt paulò ante prælium Alexandri & Darij, ad Arbelam in quo prælio Darius perijt & Monarchia Perſica ad Græcos tranſlata eſt.

Thucydides ſcribit: veterum quidem bellorum maximum fuiſſe, quod contra Medos geſtum eſt, & prodigia celebrata eſſe, nempe terræ motus, & defectiones Solis crebriores accidiſſe, quàm ſuperiorioribus temporibus.

Solis Eclipſis præceſsit infelicẽ Athenienſium in Siciliam expeditionem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Dionyſius & Plutarchus ſcribunt, Romulo moriente Eclipſin Solis viſam.

Pridie quàm Perſeus cum Romanis prælio decertauit, Luna nocte defecit, quod oſtentum cùm multi reformidarent, & à pugna abſtinendum eſſe Regi dicerent, infauſto conſilio certamen, quod detrectare & effugere poterat, temerè inijt, in quo imperium, opes & libertatem ſimul amiſit. Plutarch.

Eclipſis Solis facta eſt Xerxe Græciam inuaſuro. Herodotus.

Eclipſis Solis conſpecta eſt eo anno, quo Xerxes mortuus eſt. Thucydides.

Idem Sol deficere viſus eſt anno primo belli Peloponeſiaci.

Eclipſis Lunæ præceſſit bellum ſacrum, quod cum Phocenſibus geſtum eſt, & durauit 10. annos. Diodorus, Pauſanias.

Lunæ Eclipſis fuit eo anno, cùm ſecundum bellum Carthaginenſe ſiue Punicum incepit. Polybius.

Fuit etiam Eclipſis Solis 11. die Iulij, cùm Scipio Conſul profectus eſt ad bellum Aſiaticũ, & paulò pòſt prælium cõmiſit cum Antiocho, in quo perierunt 50. millia peditum, & quatuor millia equitum, non numeratis captiuis. Liuius.

Ab vrbe condita 584. 3. die Septembris fuit Eclipſis Lunæ, & altera 22. die eiuſdem menſis, quando Æmilius Paulus regem Macedonum Perſeum vicit, & cepit. Liuius, Florus.

Eclipſis Lunæ præceſſit obitum Herodis magni.

Sic etiam Eclipſis Solis mortem Auguſti, teſtante Dione & Euſebio præceſſit.

Luna in Aquario cruentata eſt circa mortem Domitiani, vt ipſe prædixerat, pridie quam periret, aliquod factum futurum, de quo loquerentur, per terrarum orbem homines.

Quo anno & die Nerua Imperator eſt mortuus, fuit Eclipſis Solis.

Sol defecit ſub Gordiano ita inſigniter, vt tenebris terræ inductis, nihil interdiu prorſus agi poſſet, niſi luminibus accenſis, terra etiam adeò horrendè concuſſa, vt vrbes quædam ſubito hiatu ſint cum populis abſorptæ, poſtea imperium Romanum ſub Philippo, Decio,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Decio, Gallo, Valeriano, grauiſſima mala eſt paſſum, Sabell. cap. 7. lib. 7.

Paulò ante Alarici aduentum in Italiam, inſignes Solis & Lunæ defectiones inciderunt, & ſtella Crinita conſpecta fuit. Sigo. de Imp. occident. lib. 10.

Anno domini 345. ſub Conſtantino in Italia res admirandæ & portentorum ſimiles euenêre: ſiquidem vt notat Cedrenus, terra vehementi adeo motu cōcuſſa eſt, vt duodecim oppida in Campania procubuerint: Sol autem tanta obſcuritate, Luna orbem ſubeunte infectus eſt, vt ſtellæ interdiu perinde ac noctu micuerint. Sigonius.

Secuta eſt tranſlatio ſedis imperij Romani in vrbem Conſtantinopolim, & propagatio Arrianiſmi cum grauiſſima perſecutione.

Imperante Conſtantino tantus fuit Solis defectus, vt meridie ſtellæ viderētur, & in Melitena omnis generis angues viſi ſunt, qui pugna commiſſa ſe inuicem peremêre: Sequutus eſt Iudæorum tumultus: Tredecim vrbes in Cāpania motu terræ proſtratæ: Poſt ipſius Conſtantini mortem, filij bellum inter ſe geſſêre; & Perſæ graui bello Romanos fatigarunt. Zonar. Tom. 2.

Anno domini 394. Theodoſius Eugenium vicit, & Theodoritus & Zozimus biduo rem confectam ſcribunt hoc modo. Cum defectio Solis incidiſſet tanta, vt noctis tenebras adæquaret, Gothi propè omnes (decem millia fuiſſe feruntur) vna cum Barurio duce deſiderati ſunt, nox prælium diremit. Sigonius.

Anno Domini 418. Conſtantinus & Vallia continuato in Luſitania bello, Alanos, & Sueuos apud Emeritam acie ſuperarunt. Sueuorum inde regem Ermenericum Gundericus Rex Vandalorum orto inter populos diſſidio, prælio in Callæcia prouocauit.

Decimo quinto Calend. Auguſti, Sol inſigniter obſcuratus apparuit, inde per Septembrem menſem ſtella crinita ab Oriente refulſit. Sigonius.

Eclipſis totius Lunæ præceſſit captiuitatem vrbis imperatricis

Conſtantinopolitanæ, quæ facta eſt ab Andronico Iuniore.

Poſt Semeſtre iterũ Luna defecit ad decem digitos. Niceph. cap. 8.

Mortem Cæſaris Andronici Senioris, duæ Eclipſes præceſſerunt: prima Solis fuit per tot dies, quot annos ille vixerat. Hanc ſecutus eſt Lunæ defectus 12. die Februarij: quo die circa noctem obijt. Nicet.

Schytæ Iſtro traiecto Romanorum Thraciam vſq; ad Helleſpontum incurſarunt: eam cladem Solis & Lunæ defectus intra dies ſedecim conſecuti, portenderunt. Lunaris porrò in prima: Solaris in 15. parte Piſcium contigit. Nicet.

Sub obitum Imperatoris Theodorici Laſcharis, ſexto die per horam Sol obſcuratus eſt, tenebræq; operuere omnia, adeò vt ſtellæ in cælo apparuerint. Pachimerius.

Luna binam paſſa eſt Eclipſin, antequam pugna Catalunica accideret, in qua Theodoricus Rex Aſtrogothorum cæſus eſt, & deſiderati ſunt ab vtraq; parte 180000. hominum. Bonfin. Alij maiorem hominum numerum perijſſe ſcribunt, ſed in diuerſis locis & diebus.

Ante mortem Henrici primi Angliæ regis, terra horridè mota eſt, ita vt ædificia paſſim corruerint: defectus Solis & Lunæ factus: ignis in plerisq; locis per rimas terræ, aliquot dies ſpirans, neq; aqua neq; alia re extingui potuit. Polydor. lib. 11.

Anno domini. 680. Luna Iunio menſe nitorem ſuum mirabili obſcuritate fœdauit. Iulio autem & Auguſto, & Septembri, Romæ tetra adeò peſtilentia eſt oborta, vt frequentatis funeribus Libitina non ſufficeret, reliquam inde Italiam cum inceſſiſſet, inprimis Papiæ vrbem propè ad vaſtitatem redegit. Sigonius.

Anno octingenteſimo ſeptimo, ter Luna obſcurata, & ſemel Sol: & cum prima Eclipſis Lunæ viſa eſt, apparuère eadem nocte in aëre acies miræ magnitudinis. Triennio pòſt Eclipſes etiam quatuor viſæ: Paulò pòſt ſecuta mors Caroli Magni, cuius occaſione multæ confuſiones in Europa ortæ. Eginbertus.

Anno Domini 810. Sol & Luna bis defecerunt. Sol 8 Idus Iunij, & 2. Calendas Decembris. Luna autem XI. Calend. Iulij, & 18. Calend. Ianuarij. Rotrudis filia Caroli Magni obijt. Gotfridus Danorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

num rex à proprio ſatellite interfectus: Quemadmodum Philippus Macedo Alexandri pater, Pipinus rex Italiæ mortuus Caroli filius.

Paulo ante memorabilem ſtragem Caroli Magni in montibus Pyrenæis, Sol adeò obſcuratus dicitur vt Mercurij ſtella propè illius centrum velut candidior macula ſpectaretur.

Anno domini 887. qui incidit in ſecundum annum Leonis Imperat. Angæus Longobardiæ dux, regis Franciæ gener cognita Baſilij morte à Romanorum ſocietate deſciuit. Contra eum Leo Conſtantinum patricium cum occidentalibus miſit copijs, cõmiſſa pugna Conſtantinus ſuccubuit, vixq; cædem ipſe euaſit, exercitu ſuo occiſione deleto. Sub idem tempus Sol, hora diei ſexta ita defecit, vt ſtellæ viderentur. Cedrenus.

Idem Cedrenus ſcribit Solem etiam in meridie defeciſſe, cùm Tzimiſcas Imperator diem extremum clauſit, & Bulgari defecerunt.

Anno 1034. Sol inſigni ſe ac mirabili obſcuritate infeſtum Italicis in feſto Apoſtolorum oſtendens, inſignem Longobardorum cladem, quæ proximè eſt inſecuta portendit. Sigonius.

Anno Domini 1039. Pridiè Idus Maij Eclipſis Solis fuit, & pridie nonas Iunij, Imperator Conradus obijt. Sigebertus.

Anno Domini 1232. mons aliò migrauit 5000 hominum obruens; quo tempore Eclipſis prodigioſa Solis fuit, Lunari corpore, verſus occaſum in ſex angulos prorogato, ſecuta bella ciuilia, & cædes innumeræ. Antonius Fritſchius.

Anno Domini 1327. primo die Decembris fuit Eclipſis Lunæ, mortuus eſt paulò pòſt Ottomannus, ex quo Turcarum Imperatores deſcendunt.

Anno 1356. in principio Martij fuit Eclipſis Solis, nec non eo anno Eclipſis Lunæ, ſequitur peſtilentia, & Eduardus rex Angliæ fudit Francos, cepit regem cum filio Philippo, & abduxit ſecum in Angliam. Mortua eſt etiam Margaretha Cæſaris Ludouici coniux.

Anno 1452. 11 die Decembris fuit Eclipſis Solis, paulò pòſt Mahometes Turcarum Imperator obſedit vrbem Conſtantinopolitanam, terra mariq; oppugnans eam per 54. dies: & potitus eſt ea

interfecto Conſtantino Palæologo cum ſuis.

Anno Domini 1478. Eclipſis Solis fuit menſe Iulio, vnde peſtis ſæuiſsima hoc anno per totam Italiam debacchata eſt, adeo vt in Brixiana vrbe ſupra 20. hominum millia, & Venetijs 30. vrbanæ multitudinis perierint. Marcus Fritſchius primo Catalogo prodigiorum.

Ante mortem Maximiliani primi viſa eſt Eclipſis Solis, eo anno 7. die Iunij, cum ipſe in Ianuario deceſsit, ex qua ei longè ante obitum mors prædicta fuit. Schonerus. Fritſchius.

Anno 1544. Eclipſis Solis fuit, tres etiam Lunares, res non viſa à Caroli Magni tempore, ſequutum ingens bellum inter Cæſarianos & Gallos, inter Anglos & Scotos, cum magna vaſtatione agrorum & clade hominum, & religionis cauſa perſecutio magna: Sleidanus lib. 15. Fuit eitiam eo anno coniunctio Iouis & Saturni.

Anno Domini 1554. menſe Decembri 8. die vidimus Eclipſin Lunæ, ſic etiam 8. die Iunij.

Anno Domini 1555. hoc noſtro ſeculo, Iulius III. Pontifex Maximus moritur 23. Martij. Eliſabetha Danica Regis Ioannis filia, mater Ioachimi II. Electoris Brandenburgenſis, moritur 10. Iunij, altero die poſt Eclipſin, Agneta filia Philippi Landgrauij Haſsiæ primò Mauritij Electoris, poſtea Ioannis Friderici II. Ducis Saxoniæ vxor obijt, 4. Nouemb.

Adolphus Coloniæ Archiepiſcopus & Elector, etiam in viuis eſſe deſijt anno Domini 1556. 20. Septembris. Quo anno etiam paululum ante illum perijt Epiſcopus Treuirenſis Ioannes, ex comitibus Eiſenbergicis.

Quemadmodum etiam anno Domini 1556. in Nouembri in vno menſe vtriuſq; luminaris Eclipſin habuimus: quorum effectus & operatio extendebat ſe in annum ſequentem 57. Quinto die Martij vidimus etiam Cometam in Germania, quem Conſtantinopoli viderunt duodecim dies flagrare.

Paulus IIII Pontifex Maximus mouit bella in regno Neapolitano contra Philippum regē Hiſpaniarum. Viceſimo ſexto Februarij moritur Elector Palatinus Fridericus filius Philippi. Turca facit eruptionē in Stiriã, & multa oppida vaſtat, & Sigethũ obſidet.

Anno

Anno Domini 1557. Albertus Iunior Marchio Brandenburgenſis Caſimiri filius mortuus 8. Ianuarij. 9. Auguſti regis Philippi Hiſpaniæ exercitus vicit Gallos, apud S. Quintinum, & præcipui ex nobilitate Gallica capti, & multi interfecti.

Anno Domini 1558. Eclipſis Lunæ menſe Aprili die 2. Quemadmodum anno Domini 1559. Eclipſis Lunæ in Septembri, die 17. cernebatur. His annis hæc contigêre: In principio Ianuarij Rex Galliarum cepit vrbem Calethum. Chriſtophorus Dux Brunſuicenſis Archiepiſcopus Bremēſis & Verdenſis obijt. Item Leonora Caroli V. & Ferdinandi ſoror, Emanuelis Portugalliæ primò: poſtea Franciſci Galliæ regis vxor: Archiepiſcopus Colonienſis Antonius de Schawenburg, *21. Septembris mortuus Carolus V. in Hiſpania in S. Iuſti cœnobio. Maria eius Soror Ludouici regis Vngariæ vxor, ferè poſt menſem Carolum ſecuta eſt. Georgius Comes VVirtenbergenſis 21. die Septemb. Maria regina Angliæ, Philippi regis Hiſpaniarum vxor extincta eſt 16. Calend. Nouemb. Reginaldus Polus Cardinalis doctus, qui natus ex Margaretha Eduardi IIII. Anglorum regis nepte, etiam hoc anno è viuis exceſſit, poſt paucas horas cum regina Angliæ mortua eſſet.*

Anno 1559. hi mortui ſunt, 1. Ianuarij Chriſtianus III. Daniæ & Norvvegiæ Rex moritur, eum ſecutus 25. Ianuarij, Chriſtiernus II. quondam Rex Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ, affinis Caroli V. captiuus. 12. Februarij obijt Otto Henricus Comes Palatinus Elector.

Lucas Gauricus Epiſcopus 6. Martij. 14. Martij Iohannes Gropperus Cardinalis. 15. Aprilis, trucidatur bombarda, Epiſcopus Herbipolenſis, Melchior Zobel. 29. Aprilis, Franciſcus Ottho Dux Luneburgenſis. 30. Iunij, Henricus Rex Galliarum in haſtiludio circa oculum, per galeam haſta læſus, obijt diem 10. Auguſti. 18. Auguſti moritur Paulus IIII. Pontifex. Hercules Ferrarienſis Dux obijt 3. Octob. Aloyſius Lippomanus Venetus Epiſcopus Mitonæ & Veronæ. Dithmarſia eſt ſubacta à Friderico II. Rege Daniæ, & Ducibus Holſatiæ, ante hac libera &

inuicta

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

inuicta gens. Moſcouita exercuit incredibilem tyrannidem in Liuonia. Epiſcopus Labacenſis Donavverda fregit collum. Regina Scotiæ periÿt. Andreas Doria moritur, & Aloyſius Lippomanus Venetus Epiſcopus Mitonæ & Veronæ. Baiazetes & Selimus Solimanni filÿ dimicant inter ſe.

Anno 1560. fuit vtriuſq; Luminaris Eclipſis, & fuit Eclipſis Lunæ, 11. die Martÿ: Solis verò 21. die Auguſti. 14. Februarÿ, mortuus eſt Philippus Dux Pomeraniæ. 8. Auguſti mortuus eſt Iohannes Fridericus, Iohannis Friderici Electoris nepos. 29. Septembris obÿt Guſtanus Rex Sueciæ. 5. Decembris fatis conceſsit Franciſcus II. Galliarum Rex ex apoſtemate cerebri.

Non lubet vlterius commemorare Eclipſes, quæ ferè etiam ſingulis ſequentibus annis viſæ ſunt, præſertim anno Domini 70. 72. 73. 74. 76. 77. 78. 80. Qui vero motus, quæ tyrannica facinora, atq; cruenta bella, quot iniuſtæ, & contra datam fidem cædes, rapinæ, proſcriptiones, interfectiones inſontium, trucidationes bonorum, & genera morborum in Muſcouia, Gallia, Germania, Suecia, inferiori Germania, Liuonia & aliÿs locis ſubſecuta ſint, omnibus liquet; illaq; recenſere lubens prætereo, ne videar conſolidata ferè vulnera refricare, & præteritarum ærumnarum memoriam renouare.

Id tamen addam, vt Bucholzerus, & Gilbertus ſcribunt, quod anno 1580. 13. Ianuarÿ in ipſo puncto Eclipſeos Lunaris, Henricus Rex Portugalliæ, antea Cardinalis, anno regni ſecundo obierit, vnde diſſenſiones magnæ ortæ in regno Portugalliæ, ac cædes & bella ſecuta. Et Selimus Solimanni filius Turcarum Imperator anno Domini 1574. die 13. Decembris: Cùm fuiſſet ante mortem eius Eclipſis Solis 13. die Nouembris in 8. domo mortis. Quare verè & rectè dicitur.

Tempore non alio defecit crebrius vnquam
  Luna peregrino lumine, Solq; ſuo.
Nec prius ignoti toties arſere Cometæ,
  Ventorum grauior nec fuit antè furor.
Deniq; ceu longo labefacta puerpera nixu
  Anxia, ſemi aminis, plena dolore gemit.
Sic defeſſa malis natura fatiſcit, & optat

Exu-

Exuuias oneris depoſuiſſe ſui:
O lapis abſq; manu de monte reuulſe ſupremo,
Rumpe moras, curſum corripe, Chriſte veni.
Deſtrue ſuccidui reliquum quodcunq; coloſsi eſt,
Exordire tuum protinus imperium.
In quo certa quies ſtat definita laborum,
Fixus vbi noſtri terminus exitij eſt.

Diuus Ambroſius dicit, Elementa compati, cum luminaria defectum patiuntur. Nam horum triſti deformiq; aſpectu omni tempore hominum animi conterriti expauerunt, trepidaruntq; occulto ſcilicet ſenſu naturæ præſagiente ſequutura damna. Negent nunc qui velint, non fieri ſigna in Sole & Luna contra tot exempla. Quibus autem gentibus, & perſonis damna ex his aduentura ſint, ex obſeruatione longa euentuum conſecutorum ad Eclipſes, atq; inter ſe congruentia eorundem deprehenſum eſt ab Aſtrologis, quanquam alius alio in prædicendo ſemper fuit felicior.

Gentes autem regionesq; certis ſubijci, & conſentire ſideribus, ſi quis dubitat, mores earum naturasq; comparet ad ſtellarum naturas, quarum attribuuntur dominio, non caſu aut fortuita ſortitione, ſed ratione & Iudicio, quo iiſdem ſint iure ſociata, & alligata corpora noſtra ipſa nos docent, ſi inſpiciantur & conſiderentur.

Hæc enarrata exempla Aſtrologorum, potiſſ. diuinationem & cæli fatiq; poteſtatem perſuadere videntur, veluti multa ſupra vires noſtræ mortalitatis fieri videmus, multa præter rationem & meritum. plurima præter rationem & meritum, plurima præter ordinem, & inſtitutum conditionis humanæ. Hic habilis eſt ad Philoſophiam, ille ad poeticam: hic tractat arma felicius, alius literas ſpernit: hic ſanus ille morboſus: hic ſobrius ille ebrius: hic audax ille meticuloſus. Cicero conqueritur, quod optimè cogitata ſæpè peſsimè cadant. Ego ſimiliter e diuerſo, quòd ſtolidè atq; incogitanter mota, & adminiſtrata negligenter, procedant feliciter, & optatos conſequantur exitus: quod ex hiſtorijs animaduerti poteſt: Vt Athenienſes, etiamſi malè aliquid conſtituiſſent, bonos tamen euentus ſunt plerunq; aſſecuti, quod ex Ariſtophane conſtat.

Φασὶ γὰρ δυσβουλίαν τῇ δὲ πόλει προσεῖναι,
Leuia conſilia ferunt huic adeſſe ciuitati.

Et alio loco: Eſt ſermo quidam ductus à maioribus.
Fatua licet ſtatuamus ac vecordia,
In melius attamen omnia nobis credere.

Quod etiam indicat Eupolis apud Athenæum,
O Ciuitas, ô Ciuitas,
Fortunata tu es felicior quàm ſapis.

Iſocrates etiam in oratione de pace hæc eadem fatetur, dicens: Athenienſes ab eorum conſilio pendere ſolitos, quos omnes aſpernabantur, illisq́; ciuitatem tradere, quibus nemo priuatim quicquam credere auderet. Sed eſt, vt ſeruus apud Plautum dicit: Centum doctorum hominum conſilia, hæc deuincit Dea fortuna, atq; hoc verū eſt, perinde vt quiſq; fortuna vtitur, ita præcellat, atq; exinde ſapere eum omnes dicimus.

Alexander tam citò vicit orientem, quā vidit: Marius ſepties conſul, totiesq́; exul, & ex exule rurſus conſul factus eſt: proſcriptus proſcriptionem ei facere contigit, quod, vt ille ſcribit, niſi fata darēt, nunquam fortuna tuliſſet. Iulius Cæſar ſubitò Romanum imperiū ſubegit: Pompeium Rempubl. Romanam defendentem fortuna deſeruit. Cato ſapiens ſeipſum interfecit, Auguſtus Antonius & Lepidus, vt ſoli in Republica dominarētur, cæteros excellentes viros, inter quos etiam propinqui & amici fuerunt, vnus in alterius gratiam per proſcriptionem propoſitis præmijs interfici curarunt. Et affero huc etiam Firmici dicta, fortis ab ignauo ſuperatur, bonum proſternit inferior, iuſto iuſtitia non prodeſt, caſtos prouidentia ſæpe decepit, pudicis & ſobrijs impudicus ac diſſolutus in honoris petitione prælatus eſt, iacent ſtrenui, vincunt timidi, laudantur improbi, probi deridentur, & quicquid huic profuit, illud incauta imitatione decepit.

Matthias Hunniades puer 14 annorum captiuus in regem Hūgariæ electus eſt in locum eius, qui fratrem capite plecti, & eum carceri includi iuſſerat.

Guſtauus Erickſen *nobilis, ex captiuitate Danica fugiēs regnū Sueciæ adeptus eſt, & ſic vt alter ex captiuo rex factus, è contra*

Chri-

Chriſternus II. Rex Daniæ, Suetiæ, & Noruegiæ tribus auitis regnis eiectus eſt, & in captiuitate detentus, per annos 27. ferè, cum vxorem haberet Caroli V. Sororem, & vnicam ſuam Sororem Ioachimo Electori Brandenburgenſi elocaſſet. Cæteriq; ferè principes Germaniæ illi ſanguine omnes iuncti eſſent, ac quoq; duas filias progenuiſſet, quarum vna duci Mediolanenſi, ac poſtea Lotharingico, altera Electori Friderico Palatino nupta erat, tamen eum propria potentia, familiæ dignitas, affinium & amicorum ſplendor, & Maieſtas defendere, & captiuum liberare non potuerunt.

Quidam princeps per hinnitum equi ad regnum peruenit: alius ab aratro, ad purpuram eſt vocatus, alius adoleſcens opilio in regem eſt vnctus, ignobilis miles Imperator factus. Ex quibus liquet, parua ſubitò creſcere, magna momento cadere, & quæ iam florent, velut repentino flatu diſiecta ſubitò corruere. Caſſandra furens futura proſpicit. Priamus ſapiens hoc idem facere nequit. Noſtra ætate accidit etiam, vt Ericus XIIII. Sueciæ Rex fratrem Ioannem, Ducem Finlandiæ, captum in carcerem coniecerit, qui elapſis paucis annis, poſteà liberatus fratre rurſus carceri incluſo regnum adeptus eſt, ita, vt qui modò Rex, poſtea captiuus, & qui paulò antè captiuus fuerit, mox regno viciſſim potitus ſit. Multi dum ſe credidere deiectos, in ſublime rapti ſunt: multos exilia claros fecêre, & optata conſecutis ſepenumero exitio turpitudiniq; fuerunt.

Hæc quis Aſtrorum curſibus non quodammodo aſſcribat? & ex his iudicet omnia fatorum poteſtati ſubiecta eſſe, & diuino nutu ſæpe deluſa hominum prudentia res adminiſtrari, & hæc inferiora cœleſtium diſpenſatione regi?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

DE FATO.

Auguſtinus.

DEI voluntas eſt rerum neceßitas,
Fatum neceßitatis lex.
Neceßitatis non aliud effugium, quàm velle, quod ipſa cogat.

Dion in colloquio Ciceronis cum Philiſco.

Non enim electio penes nos, vt dixi, eius vitæ, quam expetiuimus: ſed prorſus neceſſe eſt ſuſtinere quicquid diuino arbitrio nobis imponitur. Hoc ſi facimus volentes, non conſequetur dolor: ſin inuiti, nec fatalis neceßitatis vllam partem effugiemus, & quod maximum eſt malum, id inſuper acquiremus, vt fruſtrà excruciemur.

Antonius Muret.

Obſequitor fatis, ducent te fata volentem,
Sin minus, inuitum te tamen illa trahent.

Quibus & illud Græcum ſubijcere volui.

εἰ τὸ φέρον σε φέρεις, φέρε καὶ φέρου εἰδ' ἀγανακτεῖς,
Καὶ σαυτὸν λυπῇς, καὶ τὸ φέρον σε φέρει.

Fer facilis quod fata ferunt, ſi ferre recuſas
Ipſum te crucias, nec minus illa trahent.

Ioſeph. lib. 8 antiq. cap 10.

Quin & ea reputatio hoc loco ſubit animum, quod non ſeparabilis ſit fati neceßitas: quæ etiamſi præſciatur, præcaueri tamen non poteſt. Sed tam diu homines ſibi vana ſpe blandiuntur, donec in illius caſſes incidant. Nam hoc quoq; Achatio regi fatale fuerat, vt prænunciantibus cladem non crederet: & à prophetantibus ad gratiam, deceptus in mortem rueret.

Seneca qui mortem aperta vena ſibi accerſiuit, lib. 15. Epiſt. inquit: Ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

Idem.

Quicquid patimur mortales, quicquid facimus, venit ex alto: regitur fatis mortale genus.

Lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Lucanus.

——*præceps rapit omnia fatum.*

Manilius.

Fata regunt orbem, certa ſtant omnia lege.

Ouidius.

——*Ratio fatum vincere nulla poteſt.*

Poſidonius nobilis Philoſophus & Aſtrologus, fatum, id eſt, rerum omniũ immutabilitatem, & ſempiternam neceſſitatem naturæ, ſiderumq́; contagioni attribuit. Quem Pompeius licèt ægrotum, Rhodum diuertens, orientis ſpolijs onuſtus & victorijs ſuperbus inuiſebat.

Firmicus fatum dicit eſſe connexionem cauſarum, quæ à ſtellarum motu vim ſuam accipit, earumq́; agitatione perficitur.

Iuſtus Lipſius.

Fatum Mathematicum quidem appello, quod ligat & nectit firmiter actiones omnes euentusq́; ad vim ſiderum, & poſituram ſtellarum. Cui Chaldæi & Aſtrologi, primi auctores, interq́; Philoſophos fundus & ſubſcriptor, ſublimis ille Mercurius in Epiſtola ad Ammonem. Vbi prouidentiam, neceſſitatem, fatum, ſubtiliter nec vanè prorſus diſtinguens, ait: Prouidentia eſt perfecta & abſoluta ratio cœleſtis Dei, cui duæ cognatæ facultates, Neceſſitas & Fatũ: & fatum quidem ſubſeruit, miniſtratq́; prouidentiæ, ſimul & Neceſſitati: at fato ipſi, ſubſeruiunt ſtellæ. Nam nec fati vim effugere quiſpiam poteſt, nec cauere ſibi à vi & potentia ſtellarum. Hæc enim tela & arma Fati, cuius arbitrio cuncta efficiunt & perficiũt Naturæ atq́; hominibus.

Idem.

Fatum verum definio, ſiue cum illuſtri Pico: Pendentem à diuino conſilio ſeriem ordinemq́; cauſarum: ſiue, noſtris verbis, obſcurius, ſed ſubtilius: inhærens rebus mobilibus immobile prouidentiæ decretum, quod ſingula ſuo ordine, loco, tempore, firmiter reddit.

Cicero lib. 1. de diuinatione.

Fieri igitur omnia fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, *id eſt, ordinem ſeriemq́; cauſarum, cum cauſa cauſæ nexa, rem ex ſe gignat. Ea eſt ex omni æternitate fluens*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

veritas ſempiterna. Quod cum ita ſit, nihil eſt factum, quod non futurum fuerit, eodemq; modo nihil eſt futurum, cuius non cauſas id ipſum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, vt fatum ſit non id, quod ſuperſtitioſè, ſed id quod Phyſicè dicitur, cauſſa æterna rerum, cur & ea quæ præterierũt facta ſint, & quæ inſtant, fiãt: & quæ ſequuntur futura ſint.

Phariſæorum de Fato ſententia ſecundum Ioſephum.

Fato, hoc eſt, Dei præſcientia ac immobili decreto omnia geri affirmant, manente tamẽ libero humanæ voluntatis aſſenſu, eo enim temperamento DEVS Opt. Max. res hominum moderatur, vt cum omnia ex eius deliberatione pendeant: in homine tamen integra ſit facultas ad virtutem aut vitium accedendi.

Gellius de fato ex Chryſippi ſententia lib. 6. cap. 2.

Sicuti, inquit, lapidem Cylindrum, ſi per ſpacia terræ prona atq; dirupta iacis, cauſam quidem & initium præcipitantiæ feceris, mox tamen ille præceps voluitur, non quia tu id iam facis, ſed quia ita motus eius & formæ volubilitas ſeſe habet: ſic ordo & ratio & neceſſitas fati, genera ipſa & principia cauſarũ mouet: impetus verò conſiliorum, mentiumq; noſtrarum actionesq; voluntas cuiuſq; propria & animorum ingenia moderantur.

Pontanus

Si fatum lex eſt ac regula naturæ à Deo præſcripta, ſi naturæ eiuſdem & materia & inſtrumenta ſunt ea, quæ rerum dicuntur elementa, ſi ſtellæ deniq; ſua in ijs & iura & imperia obtinent, an temerarium ſibi videatur, quod ſtellas fati ipſius miniſtras, diximus executrices naturæ munerũ, diuinæq; conſtitutionis, vt præterquam voluntates ipſæ hominum cætera inferiora omnia illarum ſequantur agitationes atq; curricula? Hæc autem quæ diximus eiuſmodi ſunt quidem, vt nec fato ſubiecta ſint cũcta, nec rurſus pro hominum cuncta adminiſtrentur voluntate ac conſilijs.

Alexander in libro de fato, docet ex Ariſtotelis ſentẽtia, fatum eſſe cauſam naturalem efficientem non neceſſariò, ſed frequenter, vt quicquid fatale ſit, ſit etiã naturale, & quicquid naturale fatale:

vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

vt fato caſus & voluntas hominis non ſubijciuntur, & ipſe meo iudicio rectè ſentit.

Neq; enim miſcendum eſt fatum Phyſicum cum Theologico: & cum de Theologico dicitur, aliter determinanda ſunt ea, quæ immediatè pendent à voluntate diuina, aliter verò quorum cauſa proxima eſt voluntas humana.

Auguſt. de ciuit. Dei, cap. 5.

Fatum dicit eſſe ordinem quendam, & diſpoſitionem ſecundarũ cauſarum, ad effectus producendos in his corruptibilibus, & generabilibus præter Dei & hominis voluntates.

Q. Curtius lib. 5.

Errant, inquit, quibus ſorte ac temerè humana negotia volui, agiq; perſuaſum eſt, ego quidem æterna conſtitutione crediderim, nexuq; cauſarum partim latentium, partim euidentium, & multò ante deſtinatarum, ſuũ quemq; ordinẽ ab immutabili lege percurrere, Deo tamen hæc pro arbitrio (vt mihi videtur) permittente & conſentiente. Nam certò ſtatuendum eſt, tametſi corpora cœleſtia arcanam quandam vim & virtutem admirabilem in rebus humanis exerceant: Deum tamen omnipotentem, vniuerſarum rerum naturæ opificem & architectum, vitæq; ac mortis dominum, atq; arbitrum vnicum, propterea à gubernatione corporum inferiorum nequaquam eſſe remouendum, ſed verè aſtris eum aſtrorumq; influxibus dominari, eorundemq; curſum & efficaciam, vel promouere, vel impedire: omnes item inclinationes ab aſtris ortas moderari, morbosq; ſæpenumero ſecundum ſuam immenſam bonitatem auertere, & in melius mutare, nõnunquam etiam ſecundum arcanum & iuſtum ſuum iudicium propter delicta noſtra exaſperare, & in pœnas conuertere. Diuina enim maieſtas non eſt aſtris, quæ ipſa ad vtilitatem & conſeruationem generis humani condidit, aſtricta, nec fatali quadam neceßitate veluti carcere clauſa tenetur, ſed liberrimè agit, & vt præcipua cauſa cæteras omnes liberrimè moderatur ac gubernat.

Credite quod non aſtra Deo, DEVS imperat Aſtris:
Fata augere poteſt: tollere fata poteſt.
Et ſtant arbitrio cuncta caduntq; Dei.

In

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

In quam ſententiam Philippus Melanchton ita ſcripſit:

Nec Deus eſt numen Parcarum carcere clauſum,
Quale putabatur Stoicus eſſe Deus.
Ipſe poteſt Solis currus inhibere volantes
Ipſe velut Scopulos flumina ſtare iubet.

Et quia Richardus Normannus in hanc ſententiam de fati prouidentia diuina, & prodigijs nonnulla ſcripſit, huius quoq; verba hic ſubijcio.

Cum Pompeius poſt aduerſum in Pharſalicis campis prælium ad reparandas copias in Aegyptum aufugeret, in itinere ad Cratippum Philoſophum diuertit, curioſeq; ab eo quæſiuit, an aliqua eſſet prouidentia, quæ res humanas moderaretur. Vix enim perſuaſū habebat, homines Deo curæ eſſe, cum in meliori cauſa (ſicut ipſe putabat) victus fuiſſet.

Cratippus percommodè & prudenter reſpondit, fatales eſſe imperiorum periodos, nec vlli homini datum eorum terminum diuinitus ordinatum vlterius promouere: Hoc certiſsimū frequentes populorum ruinæ, & grauiſsima Rerump. damna, quæ nulla ſolertia aut diligentia arceri potuerunt, præcipuè demōſtrant. Profani vero homines omnia caſu fieri credunt, & prouidentiā aſſerentes petulanter irrident. Vt iſta autē impietas retundatur, Deus ante inſignes clades prodigia & oſtenta præmittit, quibus oēs cōmouentur, vt credant, nihil quicquam in mundo, ipſo non ſciente, & decernente fieri. Cùm ingentes verò calamitates horrendis ſignis prænunciantur, non ideò fieri putandum eſt, quod homines rigidum fati decretum vlla propria prouidētia, aut labore poſsint auertere. Quæ enim fato decreta manēt (vt Tacitus inquit) ſignificata non vitātur, ſed vt omnes intelligant, exitia & clades Deum longè antequam euenirēt præuidiſſe, & quonam pacto fierent firmiter decreuiſſe, & nihil quicquam in rebus humanis fortuitò vel caſu fieri.

Itaq; benè D. Chryſoſtomus *Oratione 2. de prouidentia Dei. docet, eos maledicere Deo, qui fati conſtituunt neceſsitatem.*

Oratione de 3. prouidentia Dei, fatum, quales introducat inconuenientias, explicat.

Vide

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Vide integram orationem 5. de prouidentia Dei contra fatalem neceſsitatem.

Idem, in caput ſecundum Eſaiæ. Hom. 22. In Epiſtolam ad Corinthios, Fatum, neminem volentem operari bonum, impedire poteſt, etiamſi is, ex peſsimorum hominum ſocietate fuerit.

Hom. 47. In Acta. Et Hom. 53. Miſer eſt, qui ſe fati ſubijcit vanitati.

Hom. 44. In Euangelium Ioannis: Si reſurrectio eſt, & iudiciũ, non eſt fatum.

In caput primum ad Galatas, Nemo fatali neceſsitate, malè agit.

Ser. 2. In caput 1. Ad Colloſſenſes. Infidelium, de fato ſermo, ratione caret, crudelitate abundat, inhumanitatis plenus eſt.

Hom. 1. in priorem Epiſtolam ad Timotheum.

Lib. 3. contra vituperatores vitæ Monaſticæ, cauſas aſsignat, cur prouidentiæ diuinæ pleriq; detrahentes, fato omnia adſcribant.

Vide D. Auguſtinum, *lib. 5. de ciuitate Dei, cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & cap. 8. Declarat quid ſit fatum ſecundum veritatem, & ſapientum antiquorum opinionem. Et cap. 9. Vide autem eruditas Ludouici Viuis, in allegata iam capita, annotationes.*

Lib. 2. contra epiſtolas Pelagianorum, cap. 7. & 5.

Serm 8. in Ioannem. Lib. 2 contra Fauſtum Manichæum, cap. 5. Et paſsim tomo 8. in Pſalmos.

Lactantius *lib. 1. de falſa religione, cap. 11.*

Sed nimis longum foret ſingula autorum capita commemorare, in quibus de Fato commentantur & diſputant. Proferam tantum eorum, qui mihi cogniti ſunt, libros, quibus hanc materiam pertractarunt.

• *Liber eſt Aeneæ Syluij de Fato, excuſus Baſileæ 1551.*

Nemeſius *Epiſcopus & Philoſophus, lib. de vita hominis, cap. 35. & ſequentib. de fato diſputat. Extat Tomo 8. Bibliothecæ. S. Patrum.*

Albertini Muzati *liber de Fato, recenſetur à Geſnero.*

Alexandri *Aprodiſæi liber de Fato, coniunctus eſt quæſtionib. de Anima Impreſſus Venetijs, Anno 1536.*

R Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Proſperi nomine extat libellus de diuina prouidentia, in quo de Fato varia & multa diſputantur.

Claudij *Saiſſelli, Archiepiſcopi Taurinenſis, Tractatus de diuina prouidentia & fato. Pariſiis 1520.*

Xyſti Quarti, *liber de futuris contingentibus, & Fato.*

Simon Portius, *Neapolitanus Philoſophus, ſcripſit de Fato: Geſnerus.*

Ioannis Franciſci *Pici Mirandulani, lib. de prouidentia, excuſus Baſileæ.*

Ioannes Trithemius *libri octo quæſtionum ad Maximilianum Cæſarem, vbi diſputat de prouidentia Dei & Fato.*

Iulij Sirenij *Brixiani, de Fato, lib. 9. Quibus inter alia, de contingentia, neceſſitate, fato, Prouidentia, & Diuinatione diuina agitur. In folio Venetijs. 1565.*

Petrus Pomponatius, *Mantuanus edidit de Fato, libero arbitrio, Prouidentia, prædeſtinatione Dei, libros 5. coniunctos cum libro de Incantationibus. Baſileæ apud Henricum Petri. 1567.*

Omnes præterea ſcriptores, qui de Prouidentia diuina quidpiam ſcripſerunt, de Fato etiam diſputant, nominatim verò. Theodoretus *ſermone. 10.* Sineſius *Philoſophus Chriſtianus, de prouidentia libros duos ſcripſit, qui neſcio, an inter opera excuſa Baſileæ extent.* D. Thomas *in quæſtio. cap. & lib. 3. contra Gentiles à capite 64. &c.* Ambroſius *Catharinus, ſcripſit librum de Prouidentia & præſcientia.* Saluianus *Meſſalienſis Presbyter de Prouidentia libros octo ſcripſit. Extāt in Bibliotheca S. Patrum. Tomo 3. &c.*

DE

DE ANNIS
CLIMACTERICIS,
Id eſt,
SCANSIBILIBVS, QVI EX NVMERIS VELVTI PER GRAdus ſcalarum aſcendunt, & colliguntur.

SVNT verò Climactericorum annorum duo genera, qui ſunt quaſi articuli quidam ſeu flexus ætatis, in quibus ad ſequentis temporis conſtitutionem ſeſe vertat illa & inflectat, atque aliud temperamentum acquirat.

Primi & præcipui colliguntur à ſeptimo numero, & hi hebdomatici ſiue Climacterici nominantur, & ſunt hi : 7.14.21.28.35.42.49.56.63. *Climactericus magnus* 70.77.84.91.98.105.112.119.126. *Climactericus maximus* 133.140.147.154.161.168.175.182.189.196.203.210.217.224.231.238.245.252.259.266.273.280.287.294.301.308.315.322.329.336.343.350.357.364.371.378.385.392.399.406.413.420.427.434.441.448.455.462.469.476.483.490.497.504.511.518.525.532.539.546.553.560.567.574.581.588.595.602.609.616.623.630.637.644.651.658.665.672.679.686.693.700.707.714.721.728.735.742.749.756.763.770.777.784.791.798.805.812.819.826.833.840.847.854.861.868.875.882.889.896.903.910.917.924.931.938.945.952.959.966.973.980.987.994.1001.

Reliqui à nono numero computantur. Et hi Enneatici ſiue decretoriÿ nominantur. Sunt autem ſequentes : 9.18.27.36.45.54.63. Climactericus & Enneaticus magnus. 72.81.90.99.108.117.126. Climactericus & Enneaticus maximus. 135.144.153.162.171.180.189.198.207.216.225.234.243.252.261.270.279.288.297.306.315.324.333.342.351.360.369.378.396.405.414.423.432.441.450.459.468.477.486.495.504.513.522.531.540.549.558.567.576.585.594.603.612.

621.630.639.648.657.666.675.884.693.702.711.720.
729.738.747.756.765.774.783.792.801.810.819.828.
837.846.855.864.173.882.891.900.909.918.927.986.
945.954.963.972.981.999.1008.

Hos annos propter Patriarchas, & imperiorum periodos extendi neceſſe fuit: raro enim hiſce temporibus homines, etſi viuaces 70. annum Climactericum his in locis ſuperãt. Pauci octuageſimũ aut nonageſimmum primum aſſequuntur. Pauciſſimi & ferè nulli ad centeſimum & quintum ſpiritum ducunt.

Quãtum autem ego in tam paruo numero annorum ætatis meæ, (iam enim 56. annum Climactericum exceſſi) per aliquot annos obſeruare potui, animaduerti quòd ſingulis ſeptem annis moleſtiarum & calamitatum, aliquid expertus ſum, & quòd fortuna, aut in meliorem ſtatum aut deteriorem ſemper fere paululum mutata, & quòd corporis robur, vigor, & humor alteratus ſit, & ad aliam conſtitutionem conuerſus: nec dubium eſt, annoſos & communi ſenſu præditos homines, in proprijs rebus, & corporibus ſi præterlapſos annos in memoriam reuocare velint, eaſdem ferè ſeptẽniorum alterationes expertos eſſe.

Inter Climactericos, & Enneaticos periculoſiores ſunt, qui per tres hebdomadas annorum aſcendunt, vt ſunt 21. 42. 63. 84 105.

Periculoſiſſimi aũt in ætate hominum 49. 56. & 63, præſertim ſi malefici ſunt in 2 aut 8. domo natiuitatis, aut loca hylegialia ad malos Planetas, & radios eorum his annis perueniunt. Quia primus numerus anno 49. continet ſeptem ſeptimanas, & ſepties ſeptem annos: in ſecundo 56. concurrunt ſeptimus & octonarius. In vltimo 63. ſeptimus & nonus climactericus & Enneaticus Nam 63. anni continẽt in ſe nouies ſeptenarium, aut ſepties nouenarium, in quo cum ſeptenaria & nouenaria mutatio concurrant, actionum & fortunarum mutationem, & humorum commotionem in corpoporibus maiorem fieri neceſſariò arbitrantur, qui naturam aliquãto propius inueſtigando aſpiciunt. Hic annus 63. Firmico teſtante ex hac cauſa Andraclas ab Aegyptijs dictus eſt, quod oẽm vitæ ſubſtantiam frangat ac comminuat. Sicut Andraclon herbam, quia hominem occidit, dici putant. Ea vero an eadem ſit cum Mandra-

gora

gora ambigunt eruditi. Nec noſtrum eſt, tantas inter doctos componere lites. Illud certè extra omnem dubitationem poſitum eſt, multos præſtantes atq; illuſtres viros eo anno periiſſe, quod vel ſequens catalogus indicabit.

Auguſtus Imperator ad filiũ ſcribens: Lætare inquit mecum fili, transgreſſus enim ſum omnibus ſenibus periculoſum annum ſexageſimum tertium, & ſibi gratulatur de ſuperato hoc ſenũ Climactere. Gell. lib. 5. cap. 6.

Idem Gellius dicit, obſeruatum eſſe multa hominum memoria, expertumq; in ſenioribus, plerumq; omnibus, ſexageſimum tertium vitæ annum cum periculo ac clade aliqua venire, aut corporis morbiq; grauioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis.

Franciſcus Petrarcha ſcribit ad Bocatium, qui periit natali ſuo die nempe eodem anno ætatis ſuæ. 63. Sic igitur tibi non quærẽti vltrò dicam, quod ante hac tibi aliiſq; ſemper occului, præter vnum nuper Aſtrologum in ea arte magni nominis, cui ſcrupuloſè inueſtigãti, & inde vt aiebat, iniicere moliẽti, an ſignificatori meo (ita enim vocant) vitæ meæ tenor ac fama congruerent, & qui me progreſſus rerum quiſue exitus maneret, hanc præſertim ob cauſam quod opinio quædam peruetuſta, & ipſa rei nouitate mirabilis eſt: Sed ratio ea, quæ ad probationem adducitur mirabilior: dicunt enim, longa obſeruatione compertum, tertium & ſexageſimum vitæ annum periculoſum valde generi humano eſſe, vel inſigni calamitate aliqua, vel morte, vel morbo corporis aut animi. Quæ cum grauia ſingula, tamen grauiſſimum vltimum. Anni huius multi meminerũt, ſed hi nunc memoriæ ſe efferunt. A. Gellius in Noctibus Atticis. Cenſorinus in libro quem de ſeculis edidit. Et Iulius Firmicus Maternus Aſtrologus, neſcio an verior cæteris, ſed profectò cũctis ornatior, quos ego legerim, lib. 4. Matheſeos rem iſtam curioſius excutit, quaſi ipſa de re conſtet planeq; conueniat. Dicit autẽ, vitæ annos ſeptimum & nonum naturali quadam, ſed latenti ratione damnoſos, & perniciem, ac diſcrimen peſtemq; aliquam afferre mortalibus, & hinc fieri ait, vt cum & ſepties nouem, & nouies ſeptem vnum numerum efficiant, duobus infauſtis numeris in ſe verſis, & in vnum coëuntibus, illic duplex malum, geminatumq; diſcrimen incidat. Atq; ideo

tertius & ſexageſimus annus infamis habetur, & à Graijs famoſo cognomine inſignitus, & quaſi effractor dictus, quod humanam frangat debilitetq́; ſubſtantiam. Adduntur & diſcriminum hoc in tempus erumpentium varia nomina, accuſationes, inſidiæ, peregrinationes ancipites, naufragia, incendia, ruinæ, damna, & patrimoniorum amiſsiones, vulnera, morbi, luctus ac mortes, minæ omnes horribiles: ſed horrorem omnem ſuperat, quam ſupra memorauimus, ægritudo animi: tanto peior his omnibus, quanto animus corpore eſt melior. Quis tam imperterritus, vt iſta, non metuat? poſſem ad pauoris cumulum circa hoc tempus incidentes & Philoſophorum, & Sanctorum, & Principum, & tyrannorum mortes interſerere. Hucuſq́; ille.

De his aūt & reliquis annorū hebdomadibus, & annis Climactericis ſcripſere & hi præter eos, quos Petrarcha recenſet, Plato, Philo Iudæus, Macrobius, Cicero, Boëtius, Diuus Ambroſius & Auguſtinus, Beda, Georgius Valla, & multi veteres ac recentiores Philoſophi & docti viri, nobisq́; in monumentis ſuis reliquere, hanc obſeruationem non eſſe ſuperſtitioſam, ſed vſu & experimento comprobatam.

Cauſas tamen non adferunt, quare annis his certis talia contingant. Quanquam enim in eo omnes conſentiunt, quod hoc ita fieri conſtet, tamen cur id fiat non explicant.

Seneca ſcribit, ſe exponere non poſſe per Philoſophiam, quare ſeptimus quiſq́; annus ætati ſignum imprimat. Cùm autem dies diem, & annus annum, & ætas ætatem doceat (vt in prouerbio dici ſolet) ſemperq́; à poſteris prioribus inuentis aliquid addatur, aut planè nouæ conſiderationes & demonſtrationes inueniātur. Marſilius Ficinus Aſtrologicam huius rei cauſam adfert dicens : Cùm Aſtrologi ſingulas diei horas ſeptem Planetis ordine diſtribuant, & ſimiliter ſeptem hebdomadæ dies, atque in ipſo fœtu menſes ordine ſeptem Planetis dgieſſerint, ſic etiam annorum dominium Planetis eſſe diuidendum, & quod Saturnus ſeptimo anno vitæ ab initio ipſius præſit, & cum ab eo tanquam Planetarum ſummo ad infimum (Lunam) gubernatio redeat : vt ſicuti locorum, ita & re-

rum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rum quoque magna fiat innouatio & immutatio. Nonnulli alij his numeris tantam vim tribuunt, eò quòd ſeptenarius eſt plenus. Nam totus impar numerus ternarius eſt: totus par quaternarius, ex quibus duobus conſurgit ſeptenarius. Atque is diuidi poteſt, vt nullus alius, primò in vnionem & ſenarium, deinde binarium & quincuncem, poſtremò in ternionem & quaternionem, & quod ex varijs figuris eſt compoſitus, multas formas admittit, & ex ſeptem vnitatibus etiam conficitur, & ſolus ex omnibus numerorum ſpeciebus ſtat, & permanet, & quieſcit, nec actionem ſentiens, nec paſſionem, nec materiam, nec formam. Eſtque ſolus ex omnibus numerorum perfectiſſimus & abſolutiſſimus, quemadmodum DEVS ipſe, qui omnia in numero & menſura, & pondere diſpoſuit, ſeptenario numero in perfecta quarumcunque rerum deſcriptione, vel etiam cuiuſque rei numeroſitate, ac perpetuitate vtitur ſæpiſſimè: vt cùm dicitur, Prouerb. 24. Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit id eſt, quotieſcunque ceciderit. Et Pſal. 119. Septies in die laudabo te. Quod alibi hoc modo exponitur, Semper laus eius in ore meo.

Sunt q́; de huius numeri dignitate & ſignificatione non tantùm à Pythagoricis multa tradita, ſed & ab Eccleſiaſticis ſcriptoribus, Ambroſio in libro de Noë & Arca, cap 12. Auguſtino lib. 11. de ciuitate Dei cap. 31. Hieronymo in Eſa. cap. 11. obſeruata, quæ qui velit legere, in ipſorum ſcriptis poteſt, quemadmodum & illa, quæ à Gellio lib. 3. Noctium Atticarum & Macrobio lib. 1. in Somnium Scipionis ſunt annotata.

Quod verò ad noſtrum inſtitutum attinet. Etſi ea quæ ad reddēdam eius, quæ ſingulis ſeptem annis in hominum corporibus accidit mutationis rationem à nonnullis adferuntur, bene ſunt excogitata, mihi tamen (vt quod res eſt, dicam) non ſatisfaciunt.

Ego enim arbitror (ſaluo tamen aliorum quorumcunq; iudicio) Saturnum quidem eſſe præcipuam huius rei cauſam, ſed tamen non propter eam ſolummodo rationem, quam Marſilius Ficinus adfert, ſed propterea, quod plerunq; eſt peregrinus, & à vita hominum alienus, & quod ſingulis ferè ſeptem annis ad quadratum loci, aut ſi minus, ad contrarium naturæ ſigni, vnde egreſſus eſt, peruenit.

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Nam quemadmodum Luna, quæ nobis proxima eſt, & motu celerrima, ferè ſeptimo quoq́; die in contrarium ſignum eius naturæ, vnde egreſſa progreditur, & inde criticos producit dies, qui authoribus Galeno & cæteris medicis doctiſſimis, ipſaq́; experientia atteſtante in morbis, vel ad ſalutem, vel ad mortem, maximam adducunt mutationem: Ita Saturnus, qui motu eſt tardiſſimus, & tot annos ferè, quot dies Luna in vno ſigno commoratur, hos periculoſos & Climactericos annos operatur, & has mutationes fortunæ, ac humorum cauſatur, eò quod Saturnus in generalibus temporum decretis nō minus momenti habet, quàm Luna in diebus, ſecundum Ptolomæum.

Adiuuant illum & cæteri Planetæ, propterea, quod hi ſingulis ſeptem annis, vnà cum Horoſcopi profectione, ad oppoſitum quadratumue ſigni ad 6. 7. 8. 9. & 12. domum alicuius natiuitatis perueniunt, quæ ſunt loca aduerſa, infortunata, & formidoloſa bonis, & vitæ hominum, & quod ſemper ſeptimo quouis anno Horoſcopus, & Planetæ omnes perueniunt profectione ad ſeptimam domum aut ſignum oppoſitum, in quo vltimo præterlapſo Septenario anno fuerunt: Qui locus eſt oppoſitus, naturæ cōtrarius, & ſemper aduerſus, ita, vt ſic Planetæ & Horoſcopus vnà cum Saturno mutent ſtatum, & fortunam ex varijs, & diuerſis poſitionibus, & frangant debilitentq́;, ac opprimant naturam, & vitam his temporibus ex commotione & alteratione humorum.

Addo & hanc cauſam, vt ſeptimo aut nono menſe nati iuſtam perfectionem, vel, vt Græci loquuntur, δύναμιν διαπλαστικὴν *obtinēt: Ita contingere quoq́; videmus, vt vita plurimorum ad Climactericos vſq́; annos, in quibus Septenarius numerus, nouenariusq́; in ſe quaſi in cyclum recurrunt, producatur, ibiq́; abſoluatur ac finiatur. Eſt autem numerus ſeptenarius, vt Macrob. lib. 1. cap. 6. & poſt eū Nicetas in Gregorium ſcribens annotauit, numerus perfectionis, quod ſolus ex omnibus, qui denario minores ſunt, nec ab alio gignatur, nec alium gignat: Vnde & Arithmetici hunc numerum virginem appellant, eumq́; Palladi ſacrum eſſe dixerunt, quia nihil ex ſe pariat, quod intra denarij limites poteſt coaceruari duplicatum,* σεπτάδα *eundem nonnulli appellarunt, quaſi* τὸ σεπτὸν, *id eſt, venera-*

tio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tionem atq; excellentiam ei tribuentes. Et D. Hieronymus in Amos Prophetam ſcribens eundem numerum ſanctum vocat non abſque ratione. Conſtat enim DEVM (vt antea monui) ipſum ſeptimum ſibi diē conſecrādo, aliquid in eo numero eſſe cùm perfectionis, tum myſterij & ſignificationis, indicaſſe. Quod vt fiat manifeſtum, aliquot huius rei teſtimonia ſubijcio.

Homerus

Septenusq; dies fuit, in quo cuncta peracta.

Callimachus

Omnia ſeptenaq; die perfecta fuêre.

DEVS creauit mundum ſex diebus, quem ſeptimo compleuit, eiq; ceſſans ab operibus benedixit. Ideoq; hunc diem Iudæis ſacrum eſſe voluit, & ab illis Natalis mundi dicitur, tūc enim omnia facta & edita apparuerunt.

Hunc diem etiam gentes ſuis dijs ſacrum & gratum eſſe cenſuerunt, quod à patribus ad illas manaſſe nulli dubium eſt. Orpheus enim antiquiſſimus Poëta ita de Apolline canit:

ἑβδόμην φίλησεν ἑκάεργος Ἀπόλλων. *id eſt,*

Ecce ſagittifero pergrata eſt ſeptima Phœbo.

Et Chriſtianis, quēadmodum & Iudæis, per ſeptem dies labitur tempus, & finito ſeptenario rurſus ad caput reditur, ac eadem forma apud omnes gentes numeratione & repetitione voluitur, & per huiusmodi ſeptenariorū volutiones ſecula tranſeunt, & peragūtur.

Septimus ab Adamo Enochus viuus in cœlum eſt tranſlatus, vt hoc miraculo Eccleſia edocta ſciret, ex corruptibili, & morti obnoxia vita, in immortalem, & omnibus ærumnis carentem locum nos transferendos eſſe.

Exodi 25. iubet DEVS ſeptem Lucernas die noctuq; accenſas fulgere in tabernaculo, quo ſignificatur plena & perpetua donorum ſpiritus ſancti in Eccleſiam effuſio, quemadmodum ritus ille à Zacharia cap. 4. poſtea copioſius eſt explicatus.

Deut. cap. 16.

Septem diebus comedes panem abſq; fermento.

Ibidem.

Septē Hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcē in ſege-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tem miſeris, & celebrabis diem feſtum hebdomadarum, ſolennitatē quoq; tabernaculorum celebrabis per ſeptem dies.

Septimi menſis primo die habebant Iudæi ſacrum conuentū. Decimo eiuſdem ſeptimi menſis die ieiunabant. Num. 19. cap.

Leuit. cap. 25. Sex annis ſeminabis agrum tuum, ſeptimo anno Sabbatum erit terræ. Deinde numerabis ſeptem Sabbata annorum, ſepties ſeptem annos, qui efficiunt annos 49. tūc clanges buccina Iubilationis menſe 7. & ſanctificabis annum 50. quia ipſe eſt Iubilæus.

Moyſes conſtituit vt ſingulis ſeptem annis legeretur Deuteronomion publicè in feſto tabernaculorum. Deut. 31.

Septimo anno etiam Iudæi tam ſeruos manu mittere, quàm debitoribus debita condonare in ſua gente lege diuina iubebantur. Deut. 15.

Poſt ſeptem hebdomadas annorum circumactas, id eſt, poſt annos 49. completos, qui eſt Climacter hebdomadicus, annus ſcilicet quinquageſimus, poſſeſſiones emptæ inter Iudæos redibant ad priores hæredes, quibus emptores cogebantur eas reſtituere.

Ex his ergo conſtat, Iudæis celebritates ſeptimo die, ſeptimo menſe, ſeptimo, anno agrorum quietem, & ſeruorum manumiſſiones, & omnium debitorum liberationes indictas: poſt annum verò ſepties ſeptimum magnum 49. Iubilæum, agrorum etiam ad priſtinos dominos reuerſiones mandatas fuiſſe.

Dixit Dominus Cain: omnis qui te occidet, ſeptuplum punietur. Gen. 4.

Noë cum ſeptem perſonis ingreſſus eſt arcā, dixit Dominus Noë, Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena. Item è ſingulis volatilium generibus ſeptem. Geneſ 7.

Et poſtquam Noha intraſſet arcam, & ſeptem dies præterijſſent, terram aquarum illuuies inundauit.

Septimo die emiſit Noa columbam, quæ redijt ferens ramum oliuæ, & poſt ſeptem dies emiſit aliam, quæ non redijt

Septimo menſe requieuit arca Noë in monte Ararat.

Septem fuerunt filij Iaphet.

Septem agnos poſuit ſeorſum Abraham cùm fecit fœdus cum Abimelech pro puteo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Septem annos ſeruiuit Iacob pro Lia, & alios ſeptem pro Rachel filiabus Laban.

Defuncto Iacob luxit eum Ioſeph cum Aegyptijs ſeptem dies.

Septem fuerunt boues in Somnio Pharaonis pingues, & alij ſeptem tenues ac fame confecti, & ſeptem ſpicæ ex vno grano enatæ: & ſecuti ſunt ſeptem anni fertilitatis, & ſeptem anni ſterilitatis.

Septem filiæ erant ſacerdoti Madiam, ex quibus vnam duxit Moyſes Zephoram in vxorem. Exod.cap.2.

Septem dies Maria ſoror Aaronis cogebatur egredi extra caſtra.

In ſeptem diebus ſummi ſacerdotis conſecratio conſumebatur.

Septem diebus in Paſcha edebatur Azyma.

Septem brachijs & totidem luminibus candelabrum Iudaicum adornabatur.

Septem lucernas cum emunctorijs ſuis fecit Moyſes de auro mundiſſimo. Exod.cap.37.

Septimi diei inſpectione leproſi à ſacerdote iudicabantur.

Septimo menſe arca fœderis poſtquam capta fuerat, redijt ad Iſrahelitas. 1.Sam.6.

Circuite vrbem cuncti bellatores, ſemel per diem, ſeptimo autem die tollent ſacerdotes ſeptem buccinas, quarũ vſus eſt in Iubilæo, & præcedent arcam fœderis, ſepties circuibitis ciuitatem, & ſacerdotes clangent buccinis, Ioſue cap. 6.

Balaac rex iuſſus eſt à Balaam vate ædificare ſeptem aras, & adducere ſeptem vitulos, eiuſdem numeri ſeptem arietes.

Samſon habuit fortitudinem ſuam in ſeptem cincinnis capitis ſui. Iud.6.

Septem gentes Canaan ſunt deletæ coram Iſraël.

Septẽ ex Sauli ꝓgenie à Gabaonitis ad ſuppliciũ poſtulati ſunt.

In ſeptem annis templum à Salomone extructum.

Salomon feſtos dies ſeptem celebrauit, & omnis Iſraël cum eo.

Idem ait de Chriſto & Eccleſia: Sapiẽtia ædificauit ſibi domum, & ſuffulſit columnas ſeptem.

Heliſæus ſuper puerũ mortuũ ſepties inſpiraſſe legitur. 2.Reg.4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Præterito annuæ ſeptimanæ tempore ſeptuagenarij captiui ex Babylone liberati ſunt.

Septem fratres Hebræos Antiochus Rex ad ſupplicium rapi iuſſit. 2.Machab.7.

Septem vitia deteſtatur dominus. Prouerb.6.

Septem recenſentur dona ſpiritus S. Iſa.11. quibus plena & perfecta omnium donorum ſpiritus Sancti effuſio ſignificatur.

Septem numerantur Pſalmi pœnitentiales.

Eliſa reſuſcitauit Sunamitidis filium, & hortatur, vt propter famam ſeptem annos duraturam, aliò ſe conferat. 2.Reg.4. & 8.

Sara filia Raguelis ſepties deſponſata, neq; vllis nupta fuit.

Eſaiæ 4. Septem mulieres apprehendent vnum virum.

Septem fratres vnam eandemq; mulierem duxerunt, vnus poſt alium. Matth.21.

Pſal.12. habetur, Promiſſa Dei pura eſſe, vt argentum in vaſe teſtaceo examinatum, ſepties perpurgatum.

Iob habuit filios ſeptem. Iob cap.42.

Amici eius ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus, & ſeptem noctibus. Iob cap.2.

In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tangat te malum. Iob cap.5.

Eccleſ.22. Luctus mortui ſeptem dies, vnde mos, quòd mortuorũ exequiæ ſeptimo die celebrantur.

Rex Nabuchodonoſor inter beſtias degebat annos ſeptem, & gramine veſcebatur, vt Daniel ei ex ſomnio prædixerat.

Septuageſima & ſeptima generatione ab Adamo Chriſtus naſcitur, quemadmodum per Genealogiam Lucas demonſtrat.

Ioannes Apoſtolus vidit librum ſignatum ſeptem ſigillis, & agnum habentem cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei miſſi in omnem terram Apocal.cap.5.

Fit etiam mentio ſeptem ſigillorum, ſeptem angelorum, & ſeptẽ tubarum, cap.8. Apoc.

Cap.12. dicit de Dracone habente ſeptem capita, & in capitibus eius diademata ſeptem.

Cap.15. Vidit angelos ſeptem habẽtes plagas ſeptem nouiſſimas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Cap. 17. Et venit vnus de ſeptem angelis, qui habebat ſeptē phialas, & mulierem habentem capita ſeptem. Septem capita mulieris ſunt ſeptem montes ſuper quos mulier ſedet, & Reges ſeptem ſunt. Et plura de hoc numero in aliјs capitibus reperiuntur.

Apoſtolus Paulus ſcripſit bis ſeptem epiſtolas ad ſeptem Eccleſias gentium, & reliqui Apoſtoli tantum ſeptem, & hæ ter ſeptem vocantur Catholicæ epiſtolæ.

Septem eliguntur Diaconi, Actorum 6.

Chriſtus pauit quatuor millia hominum ſeptem panibus, ex quibus fragmentorum collegerunt ſeptem corbes. Marc. 8. cap.

Septem annos vixit Anna Propheti ſſa cum marito. Lucæ 2.

Septimum caput Iſaiæ vaticinium continet de Emanuele.

Septem Dæmonia Chriſtus eiecit ex Magdalena.

Septem precationibus orandum patrem docuit, quæ ſunt ſepties ſeptem verbis concluſæ.

Septies locutus eſt Chriſtus in cruce pendens, ſicut apud Euangeliſtas legimus, & viri ſancti iampridem religioſè obſeruarunt.

Septem horis fuit cruci affixus, & ſeptima expirauit.

Septem partibus corporis eius ſanctiſsimus cruor effluxit.

Septimo die, id eſt, Sabbato, requieuit in ſepulchro.

Septies diuerſis locis poſt reſurrectionem apparuit Chriſtus mulieribus & diſcipulis.

Septies ſeptem diebus expletis poſt reſurrectionem miſit paracletum ſpiritum Sanctum.

Nota etiam eſt vox dulciſsima: Quoties remittam? non ſepties, ſed ſeptuagies ſepties.

Septies verò ſeptuaginta 490 efficiunt, qui numerus non tantũ eſt Climactericus, ſed etiam myſticus, quod vel ex hoc Chriſti dicto & Danielis vaticinio colligitur, & ex multarum magnarumq́ mutationum periodis oſtendi poteſt, de quibus infrà nonnihil dicetur.

Nec tantum Hebræi, ſed & Græci & Latini ſeptenario numero perfectum quid, & omnibus numeris plenum ſignificant. Notum eſt enim illud Homeri, τρὶς μάκαρες δαναοὶ καὶ τετράκις, οἳ τότ' ὄλοντο.

Quod Virgilius verbum verbo reddens ſic exprimit.

O terq́ quaterq́ beati, &c. hoc eſt, beatiſsimi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Nec verò ex ſacris tantùm literis conſtat, Deum ſeptenario maiorem in modum delectari. Sed & tota rerum natura argumenta huius rei præbet illuſtria.

Nam vt ea, quæ Philon & Hierocles ſuper ſeptenarij perfectione prolixè diſputarunt, nunc miſſa faciamus: illud quod noſtri temporis inuentum eſt, non eſt diſsimulandum multarum rerum, ne de argento ſolo hoc dictum exiſtimemus, quæ per ignis iterationem depurgantur, perfectionem in ſeptima decoctione conſiſtere, veluti quotidiè cernere eſt in ſaccharo depurgando. Nam vbi ſepties igne id examinaueris percoxerisq́, nihil quicquam vlterius proficit, ſed lapideſcit penitus, ne vlterius eliquari poſsit, vnde prouerbium vulgo vſurpatum de re, quæ ſummam adepta ſit perfectionem, ſeptimæ decoctionis ſaccharum, vbi ſagaciſsimum quempiam atq́ vaferrimum hominem deſignamus. Sed videamus & alia in natura non minus notatu digna.

In cœlo habem⁹ ſeptẽ ſtellas errãtes, videmus ibidẽ ſeptẽ Pleiades.

Maior minorq́ vrſa totidem ſtellis inſignitæ cernuntur. Quemadmodum & patera, coruus, ara, ſeu thuribulum. Eſtq́ in ſeptentrione ſecundum Ariſtotelem vis maſcula, contraria in Auſtro.

Ipſe quoq́ Zodiacus & Solis motus ſeptenario numero nõ vacat. Nam in ſeptimo ſigno fit ſolſtitium à Bruma, in ſeptimo Bruma à Solſtitio, in ſeptimo æquinoctium ab æquinoctio. Deinde ab oriente ſigno quodlibet ſemper ſeptimum occidit, & ab occidente ſemper ſeptimum oritur.

Inſtante ſeprima hora, Sol ſingulis diebus ac noctibus alium angulum cœli ingreditur.

Septem olim numerabantur climata, nunc plura.

Oceanus etiam in incremento æſtuum maritimorum, hunc numerum ſeruat. Nam primo naſcentis Lunæ die fit copioſior ſolito: diminuitur pauliſper ſecundo die, & ſic tertio vſq́ ad ſeptimum diem. Deinde iterum creſcit paulatim per ſeptimum diem vſq́ ad plenilunium, & ſic deinceps.

Et hunc ſeptenarium ordinem ſingulis diebus ac noctibus in creſcendo ac decreſcẽdo, ſecundum Lunæ ortum & occaſum, Oceanus etiam occidentalis ſequitur. Nam ſex integras horas creſcit, quibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

præterlapſis ſeptima decreſcit. Septima rurſus aduentante iterum augeſcit, ita vt aduentante ſeptima hora perpetua fiat mutatio in mari occidentali: Quemadmodum etiam in Anglicis, Belgicis, & his noſtris Cymbricis locis, & fluminibus non procul à mari diſsitis, & illud influentibus, vt in Tamaſi, Scaldi, Albi, Stora, Eidora, Viſurgi, & cæteris.

Iſter ſiue Danubius ſeptem oſtijs in pontum Euxinum deuolutur: quemadmodum etiam Nilus tot oſtijs in mare Mediterraneũ delabitur. Vt poetæ teſtantur his verſibus.

Flaccus lib. 8 ——*Exitus Iſtri*
Fundere non vno tantum quem flumina cornu
Accipimus, ſeptem exit aquis, ſeptem oſtia pandit.

Iuuenalis Satyra 13.
Rari quippe boni, vix ſunt numero totidem, quot
Thebarum portæ, & diuitis oſtia Nili.

Alius.
Roma ſuos ſeptem colles, miracula ſeptem
Mundus habet, totidem ſidera laxa Polus
Artes ingenuæ ſeptem, ſeptem oſtia Nili
Sunt &c.

Euripus maris pars inter Aulidem Bœotiæ portum & Eubœam inſulam, habet ſeptenarium fluxum ac refluxum. Quod Seneca teſtatus eſt his verſibus in Hercule:

Euripus vndas flectit inſtabilis vagas
Septem curſus flectit, & totidem refert,
Dum laſſum Titan mergit Oceano Iubar.

Scribunt nonnulli, inter quos Zenocarus, Padum ſeptem maria ſiue ſtagna efficere.

Luna quoq; quater ſeptem diebus curſum ſuum periodicum conficit, & ſingulis ſeptem diebus ſenſibiliter faciem mutat, & vnam quadram complet.

In naturæ hiſtorijs felices ſunt in mari dies à vẽtis, q̧ conſileſcũt omnino, Alcyonides dicti, de quorũ numero etſi inter Græcos eſt diſceptatio, Simonide quinq; ſaltẽ dies illis tribuẽte, tamẽ Demagoras Samius & alij ſeptẽ, aliqui etiã quatuordecim illis tribuunt, vt ſeptem

in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

intelligantur ante excluſum halcyonum fœtum, totidemq́ poſt, quibus in mari Atlantico ſumma notetur tranquillitas.

In ægrotis etiam in ipſis penè articulis ſeptimorum dierum accidunt ſubitæ morborum conuerſiones, quæ aut oppreſſos eos perimūt, aut morbos profligant.

Attalus Rex Pergami ex Solis ardore morbum contraxit, & ſeptimo die deceſſit, Iuſtinus.

Iulianus in Epiſtola ad Libanium, ſeptimo die ad te hæc ſcripſi cum mihi Dei prouidentia valetudo è ſententia procederet.

Galenus lib. I. cap. 4. de diebus decretor. ſcribit, Septimum numerum decretoriorum omnium non numero & ordine, ſed viribus & dignitate primum eſſe.

Eius rei cauſſam ſuprà annotauimus. Septenarius verò duplicatus alterum diem Criticum producit, quod Luna ad oppoſitum tunc ſignum perueniat. Itaq́ hos duos dies ad κρίσιν *morbi plurimum valentes inprimis obſeruari iubet Galenus, adeo vt cum ſextæ diei malitiam tyranno comparet, ſeptimæ regiam planè poteſtatē tribuat.*

Itaq́ & Hieronymus ex Aſtrologorum & medicorum ſchola hoc ſumpſit quod ſcribit, ardentiſſimas febres diebus ſeptem, aut bis ſeptem, aut ter ſeptem terminari. Vt autem acutæ febres ſeptimo die, ita diuturnæ, auctore Auicenna, ſæpe ſeptimo menſe, nonnunquam ſeptimo anno, interdum, quod mirum eſt, quartodecimo, aut etiam viceſimo primo ſolent terminari.

Sic ab initio mūdi omnes labores ac moleſtiæ ſeptenario numero conquieſcunt, & omnia quæ diuinitus principium ac cœlitus ſibi contrahunt, iuxta ſeptenarium mouentur ſalutariter.

Septimo menſe nati ſunt vitales: octauo vero minimè, aut valde rarò. Hoc teſtatur Paulus Iureconſultus in lege, Septimo menſe, Digeſtis de ſtatu hominum, ſic inquiens: Septimo menſe legitimum partum naſci, propter auctoritatem doctiſſimi viri Hippocratis, ſtatuimus.

Septimeſtres autem fœtus eduntur in lucem ſecundum eundem Hippocratem diebus 182. & aliquot horis. Hic numerus, continet in ſe ſepties viginti ſex. Qui autem eduntur 210. diebus, ſeptimum mēſem terminant, & tres integras ſeptimanarū decadas aſſecuti, quarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rum ſingulæ decies ſeptem dies aut ſeptuaginta capiunt. Qui numerus collectus continet in ſe ſepties triginta dies, & ſic ſeptimeſtris partus ſeptenario numero vndiq; perfectè conſtat ac procedit.

Cum in vterum mulieris genitale ſemen eſt illapſum, nec intra ſeptē horas in effuſionem relapſum (ita enim demum hæſiſſe in vitam pronunciatur) primis ſeptem diebus coagulatur, conglobaturq; fitq; ad capiendum figuram idoneum.

Septima vero hebdomada, id eſt, nono & quadrageſimo die totus homo in vtero abſoluitur.

Poſt ſeptem dies natus infans iactat reliquias vmbilici. Et auctor eſt Ariſtoteles, veteres Græcos infanti ante diem à natiuitate ſeptimum nomen imponere non fuiſſe ſolitos, quod prius non videretur omnino vitalis.

Poſt bis ſeptem dies incipit ad lumen viſus eius moueri.

Dentes ſeptimo menſe incipiunt mandibulis emergere: ſeptimo anno labuntur, & renaſcuntur pueris, qui Saturno propriè attributi ſunt, qui ſic in his dominium ſuum ac vim exercet. His etiam annis vim perfectiuam eloquendi & pronunciandi aſſequuntur.

Bis ſeptimo, id eſt, decimo quarto anno pubertas accidit, & dicuntur pueri, quod ſint puri, id eſt, impubes, & vis incipit generationis in maſculis, & purgationis in fœmellis.

Ter ſeptimo anno, id eſt, vigeſimo primo barba naſcitur, ac vox mutatur, fitq; finis incrementi, atq; ita adoleſcentes fiunt, ab adoleſcendo nominati.

Quater ſeptimo anno, id eſt, vigeſimo octauo augmentum roboris conſequuntur, fiunt iuuenes, quod Rempub. in re militari iuuare poſſunt.

Quinto ſeptennio, id eſt, trigeſimo quinto nuptiæ appetuntur, & proli opera datur.

Sexto ſeptennio, id eſt, anno quadrageſimo ſecundo vis intelligendi maturatur, & quando completa fuerit ſeptem annorum hebdomada, id eſt, ſepties ſeptem anni, ſiue anno 49. matureſcit in homine prudentia, & fit ætas perfecta, & incipiunt ſeneſcere, vnde ſeniores nominantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Octauo ſeptennio, id eſt anno 56. tam in bellis quàm in pace acta conſilijs & eloquijs ornantur.

Nono ſeptennio id eſt anno 63. vires decreſcunt & labuntur, fiuntq́; homines religioſiores propter inſtantem mortem, eſtq́; ſenectus ipſa.

Cum verò ad decadas ſeptenarum, id eſt ad ſeptuageſimum annum fuit peruentum, tunc ſenex appellatur, propterea quod corpus ſenio laborat, & tunc metam viuendi ferè peractam multi putant, vt & Dauid ſentit dicens, Dies annorum noſtrorũ ſeptuaginta ſunt: ſibijpſi finem vitæ præſagiens, nam eo anno ætatis mortuus eſt. Et Varro, dicens, ſi aliquis ad decies ſeptenos annos fatalia deprecando proferre poſſet, non deberet amplius poſtulare, & difficile à Dijs etiam impetraret longius tempus viuendi. Homines enim 84. anno ætatis à mente ſua abire, neq; his fieri prodigia.

Philo ait, quod illo tempore vitæ finis ſit optimus, integris etiamnum inſtrumentis ſenſuum.

Ex his conſtat, ſeptenarium numerum eſſe, qui hominem concipi, formari, edi, viuere, & ali oſtendit, ac per omnes gradus ætatum eundem tradit ſenectæ, quo rota humana finitur. vt Cenſorinus ait.

Et ſic ſeptem, ſecundùm Hippocratem, ſunt hominis ætates: Infantis, Pueri, Adoleſcentis, Iuuenis, viri, ſenioris, & ſenis, quas hiſce deſcribit verbis:

1. Infans eſt, donec intra ſeptennium dentes emittat. 7.
2. Puer, vſque genituræ excretionem ad geminatum ſeptennium. 14.
3. Adoleſcens, vſq; barbæ hirſutiem, ad annum ter ſeptimum. 21.
4. Iuuenis, vſque dum creſcit totum corpus ad quater ſeptimum. 28.
5. Vir, vſq; vndequinquageſimum ad ſepties ſeptimum. 49.
6. Senior, vſque ſextum ſupra quinquageſimum, ad octies ſeptimum. 56.
7. Quiſquis verò deinceps ſequitur, ad ſenium pertinet. 63.

Et

Et ſingulis hominibus ſunt ſeptem motus, ſeptẽ præcipua membra corporis, ſeptem interiora viſcera, ſeptem foramina capitis, per quæ ſenſuum celebrantur officia, ſeptem neruorum paria, ſeptem excrementorum corporis excernendorum meatus, ſeptem cranij oſſa, ſeptem horarum ſpacio ſomnus naturalis hominis circumſcribi ſolet.

Sufficere hæc poterant, ad oſtendendum id, quod de numero ſeptenario dicere inſtitueramus, numerũ hũc habere peculiarem quandã ſignificationẽ præ cæteris, ideoq́; venerandum, & myſticũ eſſe, & rerum vel perfectioni vel multitudini aut perpetuitati notandæ adhiberi. Sed quia ſemel in huius rei mentionem incidimus, illud quoq́; addendum eſt, quod eſt apud Euſeb. lib. 11. præparationis Euangelicæ de vocabulis Græcis, non indignum notatu, & à quodam apud Græcos homine ſapiente obſeruatum. Sunt enim ſeptem apud Græcos vocales, quæ hoc modo collocatæ (ΙΕΗΩΟΥΑ) nomen Dei tetragrammon exprimunt, quod veteres dixerunt ineffabile, non ob ſyllabarum collectionem, aut vocis prolationem inhibitam (quamquam poſtremæ ætatis inſcitia & ſuperſtitio Iudæis id perſuaſit) ſed quòd æterna atq́; infinita Dei eſſentia, quæ nomine Iehoua ſignificatur, comprehendi mente, aut exponi oratione nequaquã poſſit. Nulla enim apud nos eſt appellatio, quæ Dei naturam indicet, ideoq́; quod ad hanc attinet, planè is eſt ἀκατονόμαστος. *illa verò quæ* ἀπὸ τοῦ εἶναι *facta, & ipſius Dei ore eſt prolata, inter omnes appellationes ipſi maximè propria eſt, cum cæteræ omnes opera Dei potius, & quæ circa eius naturam conſideranda veniunt, quàm DEVM ipſum indicent. Illud igitur nomen* יהוה *quod eſt* ὁ ὤν *ſeu exiſtens, Græcis vocalibus comprehenſum eſſe, quidam his verſibus docuit:*

ἑπτά με φωνήεντα θεὸν μέγαν ἄφθιτον αἰνεῖ,
γράμματα τὸν πάντων ἀκάματον πατέρα.

Nec tantum nomen Dei venerandum, ſed & Muſica omnis, vt Pierius Valerianus in hieroglyphicis annotauit, ſeptem vocalibus Græcis exprimi aliquando ſolebat. Nam Demetrius Phalereus in commentarijs περὶ ἑρμηνείας *Aegyptiorum fuiſſe morem ait, ſeptem vocaliũ modulata enunciatione Deum collaudare. Septẽ porrò vocales Plutarchus Muſicæ totidem vocibus accõmodat. Et Phurnutus*

ex veterum dictatis aſſeruat, ſeptem eſſe diuerſos terminos, quibus olim tota modulatio conſtaret. Vox verò ipſa ſaltem patitur qualitates, acutam, grauem, circumflexam, denſam, tenuem, longam, breuem. Ac veluti eſt apud Philonem: Septenarij numeri proportio eſt valde Muſica, quippe, qui ſex ad vnum ſexcuplarem habet. Sexcuplaris verò ratio maximum in re propoſita interuallum facit, quo quidem acutiſſimum à grauiſſimo ſeparatur. Cæterùm & quinq; ad duo vim plurimã in harmonia demonſtrant, ipſi τῷ διαπασῶν ferè æmulam. Et vt ſemel dicam, hebdomas cùm ex ternario quaternarioq́; conſtet, harmoniam omnem amplexatur, quippe διατεσσάρων, διαπέντε & διαπασῶν, omnes quoq; proportiones, Arithmeticam, Geometricam & Muſicam. Quis igitur non cum Cicerone concludat, ſeptenarium numerum rerum omnium nodum eſſe? & cum Hippocrate eiuſdem numeri ratione hominum ætates diſpenſari, corporaq́; humana à prima in vtero conformatione, ſeptimo quoque die, menſe & anno immutationis aliquid accipere: Et cum Philone vim perfectione rerum inſitam continere. Et hunc numerum perfectum, mundum DEO conſecratum, menſuram temporis, ordinis & quietis eſſe, ac ſymbolum vniuerſitatis, vt paſſim affirmãt Pythagoras, Plato, Ariſtot. Galenus, Cyprianus, Origenes, Hieron. Ambroſius, Auguſtinus, & alij, ex quorum ſcriptis, qui Chriſtiani fuerunt, vt Irenæi, Hilarij, Bedæ, Iuſtini, Polycarpi, Lactantij, Cyrilli, & Chryſoſtomi, colligitur, eos in hac opinione fuiſſe, coniecturam facientes ex opificio mundi. Sex dierum mundum duraturum ſex millia ferè annorum, ſeptimo millenario æternum Sabbatum futurum: putantes ante factorum narrationem futurorum prophetiam eſſe. Ethnicos in eadem opinione fuiſſe, Lactantius prodit, vt Hiſtaſpen, Mercurium Triſmegiſtum, ac Sybillas.

Nota eſt & traditio domus ſeu ſcholæ Eliæ Rabini Iudæorum, vt quidam volunt, ex traditione Eliæ Thesbitis Prophetæ, quæ poſtea verſibus etiam eſt comprehenſa.

Sex millibus annorum ſtabit mundus, & poſtea collabetur.

Duobus millibus inane.

Duobus millibus lex.

Duobus millibus Meſſias.

Si

Si quid ex his deerit, id deerit propter peccata noſtra, quæ multa & magna ſunt.

Iſti ſunt ſex dies hebdomadæ coram D E O, *ſeptimus dies ſabbatum æternum eſt, Pſalm. 9, & 2. Pet. 3. Mille anni ſicut dies vnus. & Pſal. 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos ſicut dies heſterna, quæ præterijt.*

Sic domus Eliæ docet, in ſex millibus annis
Finis erit mundi, credite finis erit,
In vano duo millia ſunt, duo millia legis,
Poſt duo Meßiæ millia, finis erit.

Aliud.

Mobilis annorum ſtabit ſex millia mundus,
Lux operum mundi ſeptima finis erit.
Ante D E V M *nullo qui circumſcribitur æuo,*
Annorum ſpacium eſt mille quod vna dies.

Sed neq; tempus, neq; dies, neq; menſis, neq; annus aduentus Domini, & finis mundi ſciri poteſt, ſed ſigna aduentus videndo & credendo expectare liberationem & ſalutem promiſſam nos omnes decet.

Porrò, quia multorum chronicis vulgarem, & vſitatam illam ſententiam de ſex annorum millibus, hoc loci adduximus, placet ex doctißimis Iacobi Pamelij commentarijs, quibus D. Cypriani ſcripta illuſtrat, iudicium & cenſuram de iſta Eliæ ſententia aßignare, quam in hæc D. Cypriani verba commentatur, Septem dies, ſeptē annorum millia continentes. Quæ ſunt ex libro ad Fortunatum dè exhortatione martyrij. Quid ſibi velit, inquit Pamelius, non ſatis intelligo, niſi eius fuerit ſententiæ, in qua ſe aliquando fuiſſe fatetur D. Auguſtinus lib. 20. de ciuitate Dei, cap. 7. Quod ſex annorū millibus, tanquam ſex diebus impletis, ſequeretur veluti Sabbathi ſeptimus, in annis mille poſtremis, ad hoc ſcilicet, reſurgentibus ſanctis. Quæ eſſet vtcunq; tollerabilis (inquit) ſi aliquæ delitiæ ſpiritales in illo Sabbato affuturæ ſanctis, per Domini præſentiam crederētur. Verùm, neq; hæc probatur opinio, vtpote, quæ ad Chyliaſtas accedat quàm proximè, qui hoc ſolo differunt, quod carnales delitias illo Sabbato ſomnient: Inter quos fuerunt Latini Tertullianus, La-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ctantius Victorinus, Seuerus & Græci, Papias, Iuſtinus, Irænæus, & Apollinarius. Et improbat D. Hieronymus, præfat. lib 18. in Eſaiam, & in cap. 17. Ezech. Et catalogo de viris Illuſtrib. Neque enim ſatis certa eſt opinio, de duratione mundi ad ſex annorum millia dũtaxat, quam loc. cit. ſequi videntur D. Auguſtinus, & D. Hieronymus, in illud Pſalmi 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos, ſicut dies heſterna. Quinimo, refutatur ab eodem ipſo D. Auguſtino lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 53. Et diſertis verbis, in dictum Pſalmi 89. Vbi, quantum adparet, alludens ad verba D. Hieronymi, Auſi ſunt, inquit, homines præſumere ſcientiam temporum, quod ſcire cupientibus diſcipulis, Actorum 1. Dominus ait; Non eſt veſtrum ſcire tempora, q̃ pater poſuit in ſua poteſtate, & definierunt hoc ſeculũ ſex annorũ millibus, tanquã ſex diebus poſſe finiri. Nec attendũt quod dictum eſt, Tanquam dies vnus, qui præterijt. Non enim, quando dictum eſt, ſoli mille anni præterierant &c. Latius id ipſum fit à Ven. Beda lib. maiori de temporũ ratione cap. 66. Neque vero quicquam conuincit, quod citat D. Hieronymus ex ſecunda epiſtola D. Petri cap. 3. Dies vna apud Deum, quaſi mille anni, & mille anni, quaſi vnus dies, Alioqui enim ſibi contradiceret D. Petrus, paulò pòſt ſubiungens: Adueniet autem dies Domini ſicut fur. Sed hoc ſignificare Apoſtolũ, rectè docet Beda in Cõment. quòd in cognitione diuinæ virtutis, & præterita, & futura, & præſentia æqualiter conſtent. Si autem iam olim reprobata ſit à tantis viris hæc opinio, multo magis explodendum commentitium illud Eſaiæ, non Prophetæ, ſed Rabbini, de ſex annorum millibus vaticinium, quo hodie plerique vtuntur in ſuis Chronicis.

Cum autem viderim, meo tempore maximam partem hominum, præſertim qui ſunt alicuius nominis, annis fatalibus ſupra annotatis in ſummum diſcrimen honorum, bonorum, & vitæ labi: & ſuperior ætas etiam animaduertit, plures præſtante viros (inter hos etiam qui annos Climactericos obſeruarunt, & de ijs ſcripſerunt) hiſce annis extinctos: non inutile fore iudicaui, eos ordine hic annotare.

Cumq; Pontificum, Imperatorum, cæterorumq; illuſtrium virorum

rum vita & mors magis nota ſit quàm priuatorum (τὰ τῶν βασιλέων γὰρ πάντες ἴσασι) ſubijcere ex his exempla volui, & etiam nonnulla adddere, quæ noſtro ſeculo contigêre.

Et primo quidem hos recenſebimus, qui annis Climactericis & Enneaticis obierunt, incipiendo ab his, qui diutius vixere, deinde qui anno 49. 56. & 63. extincti ſunt: Atq; hi anni Heroici appellantur, propterea quod Heroes plerunq; in ijs vitam cum morte commutãt. Etſi autem aliqui non ſtatim in ipſis annis pereunt: tamen circa hæc tempora vires valde debilitantur, & franguntur, morbiq; oriũtur, ex quibus raro ad priſtinam valetudinem perueniunt. Et ſic ſi non ipſis Climactericis aut Enneaticis annis pereunt, tamen paulò ante aut ſtatim pòſt ferè moriuntur.

Et cum Solon Athenienſis, Græcos de hac re verſus ediderit, qui poſtea in Latinam linguam ſunt conuerſi, & Selneccerus ſententiã de Climactericis annis in ætate hominis, pulchrè verſibus elegiacis expoſuerit, etiam eos huic tractatui inſerere libuit.

Solonis.

I.
7. *Impubes pueri ſeptem voluentibus annis*
Claudunt enatis dentibus eloquium. II.
14. *Poſt alios totidem diuorum numine dextro*
Occultam pubis naſcitur indicium. III.
21. *Annis ter ſeptem prima lanugine malas*
Veſtiet, ætatis robore conſpicuus. IIII.
28. *Quartus id augebit iam ſeptenarius, isq;*
Optima virtutis proferet indicia. V.
35. *Adde alios totidem, feſtinans ocyus ætas*
Coniugio monuit quærere progeniem. VI.
42. *Sexta ætas animo, ſi quid deeſt, addet, eaq;*
Diſces, quid deceat, quid quoq; dedeceat. VII.
49. & 56. *At quæ ſuccedunt per proxima ter duo luſtra* & VIII.
Ornabunt linguam dulcibus eloquijs. IX.
36. *Nona ætas languet, tum frigida membra retardant*
Virtutem non vnquam interituram animi.

X. 70. At

X. 70. *At quiſquis decimam poterit contingere metam,*
Iam tempeſtiuo funere conciderit.

Selneccerus.

I. 7. *Infans ſeptenos poſtquam compleuerit annos,*
Producti dentes murus & oris erunt.
II. 14. *Poſt alios ſeptem DEVS huic conceſſerit annos,*
Fit pubes nato ſemine nomen habens.
III. 21. *Eſt iuuenis cùm ſeptem alios ſuperauerit annos,*
Et lanugo genas, primáq; barba tegit.
IIII. 28. *His addas ſeptem, virtutis nomine clarus*
Eſt vir, & hæc ætas optima robur habet.
V. 35. *Adijcias alios ſeptem, volet eſſe maritus,*
Et memor arcanæ poſteritatis erit.
VI. 42. *His alios iungas ſeptem prudentia pectus*
Ornabit, ſtudium nec leuitatis erit.
VII. 49. *Annumeres ſeptem, grauitas erit inclita linguæ*
VIII. 56. *Septem alios linguæ congruit ingenium.*
IX. 63. *Additur his nonus cum ſeptenarius ipſe eſt*
Perfectus, vires ſed nimis interimit.
Scilicet his annis multi periere duobus,
Quorum laus celebris Marte togáq; fuit.
Hi quoq; nunc varijs fortunæ caſibus anni
Subijciunt multos, exitiúmq; ferunt.
X. 70. *Sed decimus cum alios ſeptem perfecerit annos*
Maturam mortem triſtia fata dabunt.

Libuit etiam addere de his annis Cenſorini proſam, qui ſcribit.

1. *In prima hebdomada annorum dentes cadere.*
2. *In ſecunda, pubem apparere. & in ſecunda vel incipiẽte tertia vocem craſſiorem & inæquabilem fieri.*
3. *In tertia, barbam naſci.*
4. *In quarta, vires.*
5. *In quinta, maturitatem ad ſtirpem relinquendam.*
6. *In ſexta, cupiditatibus tentari.*

7. In

7. *In ſeptima, prudentiam linguamq́ conſummari.*
8. *In octaua, eadem manere.*
9. *Nona, quid accidat, omiſit: ſed ego dico, ſenectutem incipere, & vires paulatim decedere.*
10. *In decima, hominem fieri morti maturum.*

Eiuſdem ferè ſententiæ Philo eſt, vbi ſic inquit.

1. *Primo ſeptennio, dentes proueniunt* 7
2. *Secundo, tempeſtiui ad genituram reddimur* 14
3. *Tertio, barbam promittimus* 21
4. *Quarto, argumentum roboris conſequimur* 28
5. *Tum, quinto, tempus nuptias poſtulat* 35
6. *Sexto, vis intelligendi maturatur* 42
7. *Septimo, tum mens ſeipſa melior auctiorq́ euadit, tum ratio.* 49.
8. *Octauo, vtraq́ planè perficitur* 56
9. *Nono verò æquitas, ac manſuetudo, affectibus maiori ex parte perdomitis.* 63
10. *Porrò, decimo, finis vitæ optimus, integris etiam tum inſtrumentis ſenſuum.* 70.

Libet hic deniq;, celebrium Eccleſiæ Patrum ſententias, de ſeptenarij numeri præſtantia excerpere, quibus, etſi quædam à nobis iam ante commemorata, referant. Tamen, dum eadem, non noſtris, ſed ſuis verbis confirmant hinc palàm fiet, eos, & omnem proinde antiquitatem, idem nobiſcum, ſentire.

D. Auguſtinus lib. 17. de ciuitate Dei. cap. 4. *Explicans ex cap. 2. libri primi Regum, quæ Anna præ gaudio in canticum erumpens, de Eccleſia prophetauit, inter cætera, vt ſeptenarium numerũ Eccleſiæ perfectionem ſignificare aſſereret, ait: Sterilis peperit ſeptem, &, quæ multos habuit filios, infirmata eſt. Hic totum, quod prophetabatur illuxit, agnoſcentibus numerũ ſeptenarium, quo eſt vniuerſæ Eccleſiæ ſignificata perfectio, propter quod & Ioannes Apoſtolus, ad ſeptem ſcribit Eccleſias, eo modo ſe oſtendens ad vnius plenitudinem ſcribere. Et in prouerbijs Salomonis hæc ante præfigu-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rans, ſapientia ædificauit ſibi domum, & ſuffulſit columnas ſeptem.

Idem D. Auguſt. lib. 11. de Ciuitate Dei. Cap. XXXI.

Numerus ſeptenarius perfectus eſt, in quo Dei requies commendatur. Nam ipſe ſeptima die requieuit, in qua primum eius ſanctificatio ſonat. Quia Deus iſtum diem in vllis ſuis operibus noluit ſanctificare, ſed in requie ſua, quæ non habet veſperam. De cuius numeri perfectione, ſatis eſt admonere, quod totus impar primus numerus ternarius eſt, totus par quaternarius: ex quibus duobus ſeptenarius conſtat. Ideo pro vniuerſo ſæpè ponitur, ſicuti, Septies in die cadet iuſtus, & reſurget, id eſt, quotieſcunque ceciderit non peribit. Quod nedum de iniquitatibus, ſed de tribulationibus ad humilitatem perducentibus, intelligi voluit. Et, Septies in die laudabo te, quod alibi, alio modo dictũ eſt, Semper laus eius in ore meo. Et multa huiuſmodi in Diuinis authoritatibus reperiuntur, in quibus ſeptenarias numerus, pro cuiuſlibet rei vniuerſitate ponitur. Propter hoc, eodem ſæpè numero, ſignificatur Spiritus ſanctus, de quo Dominus ait: Docebit vos omnem veritatem. Ibi requies Dei, qua requieſcitur in Deo. In Deo quippe, id eſt, in plena perfectione, eſt requies: in parte autem labor. In Deo laboramus, quamdiu ex parte ſumus, ſed cum venerit quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. Hinc eſt etiam, quod ſcripturas ipſas, cum labore rimamur.

Idem D. Auguſtinus, In Pſalmum 118. Sermone 31.

Septies in die quod ait, ſignificat ſemper. Solet quippe iſte numerus eſſe vniuerſitatis iudicium: propter quod ſex diebus diuinæ operationis, ſeptimus adiectus eſt quietis. Et per ſeptem dies currentes & recurrentes, tempora vniuerſa voluuntur. Nec ob aliud dictum eſt, Septies in die cadet iuſtus & reſurget, id eſt, non perit iuſtus. modis omnibus humiliatus, ſed non præuaricatus: alioquin non erit iuſtus. Nam pro omni genere tribulationis, qua in conſpectu hominũ deÿcitur, poſitum eſt, ſepties cadit, Et pro eo, ex ipſis omnibus tribulationibus proficit, poſitum eſt, reſurget.

Idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Idem D. Auguſtinus, in Sermone de ſeptem ſigillis.

Legimus in Apocal. Septem ſigillis librum eſſe ſignatum, quem nullus potuit aperire, nec ſoluere ſignacula eius. Nullus in cœlo, quia nec Angeli: nemo in terra, quia neque homo: nemo ſub terra, quia neque cæteri ſpiritus, niſi Leo de tribu Iuda, radix Dauid, id eſt, Chriſtus. Primum ſigillum, eſt natiuitas Domini. Secundum baptiſmus. Tertium, crucifixio. Quartum, ſepultura. Quintum reſurrexio. Sextum aſcenſio. Septimũ, iudicium. Et hæc ſunt dona Spiritus ſancti. Primum ſpiritus ſapientiæ, vt Chriſtus ex virgine naſceretur, ſine virili ſemine. Secundum fuit ſpiritus intellectus, vt per vndam baptiſmatis omnia peccata dimitteret. Tertium fuit ſpiritus conſilij, vt Caiphas dixit: Melius eſt, vt vnus homo pereat, quàm tota gens. Quartum fuit ſpiritus fortitudinis, quando corpus in ſepulchro fuit, anima in inferno diabolum alligauit, & animas ſanctorũ, patrum quæ ibidem detinebãtur, eduxit: proinde dicitur, quod infernum momordit. Quintum, fuit ſpiritus ſcientiæ, quando Chriſtus ſurrexit à mortuis, nosq́; fecit credere, & à peccato ſurgere. Sextum fuit ſpiritus pietatis, quando aſcendit ad cœlos, & quotidiè aſcendunt ad eum animæ iuſtorum. Septimum fuit ſpiritus timoris Domini, quando venturus erit Chriſtus ad iudicium: quia grandis timor tunc peccatoribus erit. Iſtaqúe ſeptem dona Spiritus Sancti, ſeptem patriarchæ habuerunt. Spiritus ſapientiæ fuit in Adam, qui nomen impoſuit omni creaturæ, quæ ſub cœlo eſt. Spiritus intellectus, in Noë, qui meruit audire à Domino, Fac tibi arcam de lignis quadratis. Spiritus conſilij in Abraham, quia nihil fecit præter conſilium Domini. Spiritus fortitudinis, in Iſaac, qui ſuſtinuit iniurias à gentibus, cum quibus habitauit. Spiritus ſcientiæ, in Iacob, quia cũ Domino locutus eſt in valle Mahanaim. Spiritus pietatis, in Moyſe, qui dixit: Dimitte peccata populi tui: & ſi non dimittis, dele me de libro, quem ſcripſit dextera tua. Spiritus timoris, fuit in Dauid, quando tradidit Dominus Saul in manu eius,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Et dixit Dauid, Abſit hoc à me, vt mittam manus meas in Chriſtum Domini mei.

Idem Auguſtinus *Epiſtola 119. quæ eſt ad Ianuarium, oſtendẽs quare Paſchatis feſtum celebretur die, qui mutari poteſt, & non recurrit eodem eiuſdem menſis die, myſterium de Lunari numero explicans, inquit:*

Vide eundem Auguſtinũ quæſtio. in Deuter. 42.

Hoc ergo & in Lunari numero ſignificatur, quia enim ſeptenarius numerus ſolet in ſcripturis ad quandam ſignificationem myſticus apparere, tertia hebdomada Lunæ, Paſcha celebratur, id eſt, qui dies recurrit à quarta decima in viceſimam primam.

Et paulò poſt.

Septenario numero, vniuerſitatis ſignificatio ſæpe figuratur, qui etiam ipſi Eccleſiæ tribuitur, propter inſtar vniuerſitatis, ideo Ioannis Apoſtolus in apocalypſi ad ſeptem ſcribit Eccleſias.

D. Chryſoſtomus, *Homilia XIX. in Geneſin, in illa verba. Omnis, qui occiderit Cain, ſepties vltione exquiſita ſoluet:*

Quid eſt, ſepties vltione exquiſita ſoluet? Primum quidem, ſeptenarius numerus, de multitudine dicitur in diuina ſcriptura, id quod ſæpe in ſcriptura occurrit. Vt, quod ſterilis peperit ſeptem & ſimilia. Coniectare autem hic licet, peccati magnitudinem, &, quod non vnum peccatum commiſerit, ſed ſeptem, quorum quoduis per ſe magna pœna luendum. Nam, quis vel venia dignaretur alteri inuiden-
1. *tem, quod plus diuina gratia potiatur? Ecce vnum maximum &*
2. *inexpiabile peccatum. Deinde hoc maius oſtenditur, quia frater erat, cui inuidebat, & nulla illum prorſus iniuria affecerat. Ecce &*
3. *hoc quoq; non vulgare peccatum eſt. Iam tertium quod dolos nexuit, decepto & in campum tracto fratre, neque ipſam naturam reueritus.*
4. *ritus. Quartum peccatum, ipſa erat cædes, quam perpetrauit,*
5. 6. *Quintum, quod fratrem occidit, eodem ex vtero prognatum. Sex-*
7. *tum, quod primus cædis faciem introduxit. Poſtremum quod rogatus à Deo omnium domino, vbi eſt Abel frater tuus, mentiri illi auſus eſt. Dicit igitur. Qui te occidere attentauerit, ſeptem maximis pœnis, ſe ipſum reum faciet.*

Georgius Cedrenus, *hiſtoriarum compẽdio ſeptenarij numeri præſtantiam inde explicat, quia ſepties legatur, tam in veteri, quam nouo*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nouo teſtamento excitati mortui]. Autor eſt Græcus, qui, Fuggerorum impenſis, à Guilielmo Xylandro latinitate donatus eſt. Septies, inquit, in S. literis legitur, aliquos ex morte vitam recepiſſe, Octauus, Chriſtus, de mortuo viuus extitit, qui & ſeptem illos in
vitam reuocauerat. Primus, in veteri Teſtamento fuit Sereptanæ 3.Reg.17.
Viduæ filius, ab Elia ſuſcitatus. Secundus, Sunamitidis filius, quem 4.Reg.4.
Eliſæus in vitam reduxit. Tertius, miles, qui propè Eliſæi cadauer
ſepultus, quaſi ex igne exiluit. Quarta, in Nouo Teſtamento, filia Matt.9.
præfecti ſynagogæ. Quintus, Viduæ filius. Sextus, Lazarus. Septi- Luc.7.
mò, quod multa ſanctorum, qui obdormiuerant, corpora, reſurrexe-
runt. Octauus, Chriſtus, poſt toleratum, ſalutis cauſa noſtræ, ſuppli Ioan.11.
cium, ex morte in vitam rediјt. Hactenus Cedrenus. Matt.27.

Memorabile eſt, quod Ioſephus, lib. 12. cap. 15. in fine, & lib. 13. Antiquitatum cap. 6. commemorat, de ſchiſmatico templo, ab Onia, in AEgypto, contra templum Hieroſolymitanum, erecto. Et, quomodo idem lib. 7. belli Iudaici cap. 37. de eodem templo commemorat. Idem intus ſimile fuiſſe Hieroſolymitano, præterquam, quòd in eo non erat candelabrum, à Moſe fabrefactum, ſeptem habens lucernas, quo deſignabatur Dominus Chriſtus, plenus ſeptem donis Spiritus ſancti, vt ex Apocalypſi, & Zacharia conſtat. Vnde Cyrillus lib. 4. in Ioannem, cap. xxviij. Tractans de candelabro Moyſi: Candelabrum, inquit, vniuerſum terrarum orbem illuminãs, Chriſtus eſt, Ego, inquit, ſum lux mundi, ſeptem verò lucernæ in candelabro ſunt, quia multis ac varijs modis, per gratias S. ſpiritus, credentium animas Chriſtus illuminat. Et, quia illa gratia, in ſola Ieſu Chriſti vera eſt Eccleſia, hinc, in ſchiſmatico Oniæ templo, non ſunt inuenta ſeptem candelabra.

D. Cyprianus Eccleſiæ Chriſti Martyr, Tractatu de Spiritu Sancto.

Lex igitur, à Paſchalis agni immolatione, die quinquageſimo datur: & Pentecoſtes nomẽ, tantæ rei ſolemnitas ex lege accepit, in ipſo dierum numero ſacramenti magni complicans rationem. Septenarius quippe numerus ſepties reuolutus, quinquageſimum efficit, addito monade, qui præſentis ſæculi meta, & futuri initium, perpetuitatem, ſub octauæ nomine continens, ſic præſentia terminat, vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nos ad perpetua introducat. Sacratus hic ſeptenarius numerus à cõditione mundi auctoritatem obtinuit: quoniam in ſex diebus, prima Dei opera parata ſunt: & ſeptima, conſecrata quieti, quaſi ſancta & ſanctificans ſolemnitate vacationis honorata, & ſpiritui ſanctificatori, attitulata. Vnde & ceſſanti à ſeruilibus operibus populo iubetur, vt diem Sabbathi ſanctificet, & ſpiritu rectitudinis, & ſanctitudinis & fortitudinis adſcribat, qđ directè, quod honeſtè, quod viriliter incendit: quia totum ex eius conſtat ducatu, quod deuij diriguntur, quod impij conuertuntur, quod debiles confirmantur. Spiritus rectus, ſpiritus ſanctus, ſpiritus principalis regit, componit, conſummat, & perficit, quas inhabitat mentes, & corda, quæ poſsidet: nec errare patitur, nec corrumpi, nec vinci, quos docuerit, quos poſſederit, quos gladio potentiſſimæ virtutis accinxerit. Septenarius iſte, ex quaternario & ternario conſtans, cum in ſe, propter prædictas cauſas, honorabilis habeatur, habet ex partibus ſuis excellentiam maximam: quia artificis & materiæ videtur exprimere & diſtinguere primarias ſubſtantias: vt ternarius, creatorem, propter trinitatem enunciet, & quaternarius, creaturam, propter quatuor elementa, quæ rerum omnium cauſæ ſunt & ſemina, ſub huius numeri breuitate concludat, Spiritus ſanctus à patre procedens à patre & filio, quaternario ſuperfertur: & conditor benignus, opus ſuum amplectitur, & defigit & plaſmauit, & creaturam ſuam, ſanctus ipſe ſanctificat, & conſociat ſibi, & charitatis nexu ſtatuit, & conquadrat. His alijs q; ſecretioribus rationibus, quas illuſtrium virorum ſubtiliora ingenia indagarunt, ſeptenarius numerus in ſcripturis ſanctis ſæpè ſacramentales cauſas complectitur, & ſimplex, & multiplicatus, neceſſarios ad intelligentiam diuinorum operum parturit intellectus. In hebdomadibus, apud Hebræos, dies ſeptimus, Sabbathum, id eſt, requies appellatur: qui numerus, non tam in ſeptimanis, ſed etiam obſeruatur in annis, & annorum hebdomada conſummata, ſeptimus annus requietionis eſt, & ipſi terræ Sabbatum imperatur, nec fas eſt cuiquam, eo anno ſerere, vel metere quippiam, ſed quæ ſponte, ſiue in terra, ſiue in vineis, vel in arboribus naſcuntur, alimoniæ pauperum deputantur. Annorum quoq; ſeptimanæ, apud Hebræos quinquageſimum annum faciunt, quem

Iubi-

Iubileum appellant, in quo decreto legis (vt ſupra dictum eſt) fit terræ remiſsio, & ſeruorum libertas, & reſtitutio poſſeſsionum, quas eatenus diſtractio alienauerat, & cætera huiuſmodi, gratis ad hæreditatis ordinem reuertuntur. De numero ſeptenario, cum multa dicta ſint, plura ſuperſunt, quæ in lege & Euangelio præcipuè commendantur. Quinquageſimus itaq; annus, perficit Iubileum: quinquageſimus dies à Paſcha, Pentecoſten facit, in quo verè Spiritu ſancto infuſo Apoſtolis, ad hæreditatem cœleſtem, à qua venundati ſub peccato exulabant, quos diabolo Domino mendicitas & egeſtas ſubiecerat, reuertuntur. Septem ſacerdotalibus clangentibus tubis, Hiericho corruit: ſeptem petitionibus orandum patrem, filius docuit: Remiſsio peccatorum, duplicato ſepties ſeptenario, Petro mãdatur: Leproſus, ſeptimi diei inſpectione, à ſacerdote iudicatur: Sũmi ſacerdotis in ſeptem diebus conſecratio, conſummatur: Dominus Ieſus Chriſtus, de ſeptem panibus, quinq; millia hominum reficit: & iuſtus quiſquis Deo laudes per diem ſepties dicit: Ipſe Dominus Ieſus, ab Adam ſecundum generationes, quas Lucas commemorat, ſeptuageſimus ſeptimus inuenitur, vt vltionem in Lamech, ſeptuageſies ſepties promulgatam, veniens terminaret. Septem diebus in Paſcha editur azima: ſeptem diebus, menſe ſeptimo tabernaculorum ſolẽnitas celebratur. In ſeptẽ annis tẽplum à Salomone cõſtruitur: ſeptẽ brachijs, & totidẽ luminibus, candelabrum adornatur.

Idem D. Cyprianus de Exhortatione Martyrum ad Fortunatum. Cap. XI.

*Quid verò in Machabæis, ſeptem fratres & natalium pariter, 2. Mach. 7.
& virtutum ſorte conſimiles ſeptenarium numerum, ſacramento
perfectæ conſummationis implentes? ſic ſeptem fratres in marty-
rio cohærentes, vt primi in diſpoſitione diuina ſeptem dies anno- Gen. 1.
rum, ſeptem millia continentes, vt ſeptem ſpiritus, & angeli ſep- Tob. 12.
tem, qui aſsiſtunt & conuerſantur ante faciem Dei, & lucernæ Exod. 25. Zach. 4.
ſeptiformes in tabernaculo martyrij, & in Apocalypſi ſeptem can- Apoc. 1.
delabra, aurea, & apud Salomonem columnæ ſeptem, ſuper quas æ- Prouer. 9.
dificauit domum ſapientia: ita & iſtic ſeptem fratrum numerus,
Eccleſias ſeptem, numeri ſui quantitate complexus, ſecundum quod
in primo Regnorum libro legimus, ſterilem ſeptem peperiſſe. Et 1. Reg. 2.*

apud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

apud Eſaiam, ſeptem mulieres, vnum hominem apprehendunt, cu-
Eſai. 4. *ius inuocari ſuper ſe nomen expoſcunt. Et Apoſtolus Paulus, qui huius legittimi numeri, & certi meminit, ad ſeptē Eccleſias ſcribit. Et in Apocalypſi, Dominus mandata ſua diuina, & præcepta cœleſtia ad ſeptem Eccleſias, & earundem angelos dirigit, qui nunc iſtic*
Apoc. 1. *in fratribus numerus inuenitur, vt cōſummatio legitima cōpleatur.*

Idem D. Cyprianus lib. 1. aduerſus Iudæos.

Item in βαζιλείον *primo: Sterilis ſeptem peperit, &, quæ plurimos habebat filios, infirmata eſt. Filij autem ſeptem, ſunt Eccleſiæ ſeptē. Vnde & Paulus ſeptem Eccleſiis ſcribit: Et Apocalypſis Eccleſias ſeptem ponit, vt ſeruetur ſeptenarius numerus, vt dies ſeptem, quibus*
Apoc. 1. *Deus mundum fecit, vt angeli ſeptem, qui aſsiſtunt, & conuerſantur ante faciem Dei. Sicut Raphael angelus in Tobia dicit: Et lu-*
Gen. 1. *cernæ ſeptiformes in tabernaculo martyrij: & oculi domini ſeptem,*
Tob. 12. *qui mundum ſpeculantur: & lapis cum oculis ſeptem, vt Zacharias dicit: & ſpiritus ſeptem, & candelabra in Apocalypſi ſeptem, & co-*
Exod 25. *lumnæ ſeptem, ſuper quas ædificauit domum ſapientia apud Salo-*
Zac. 4. & 3. *monem.*

Prouer. 9. *D. Hieronymus, ſub finem Apologiæ contra Iouinianum, ita ſcribit: De impari numero diſputarunt Clemens, Hippolitus, Origenes, Dionyſius, Euſebius, Didymus, noſtrorumq; Tertullianus, Cyprianus, Victorinus, Lactantius, Hilarius.*

Vide Macrobium lib. in Somnium Scipionis. Gellium, lib. 3.

Hilarium de eodem paucis in præfatione in Pſalmos. Et paulò latius, in illud Pſalmi, ſepties in die laudem dixi tibi.

SE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

SEQVENTES OBIERVNT ANNIS HEB-DOMATICIS SIVE CLI-MACTERICIS.

ADAM primus homo & parẽs noſter vixit annos 930. Geneſ.cap.5.mortuus eſt anno ætatis 931.

Qui fuit annus eius Climactericus: nam continet in ſe ſepties 133. annos: & hic obſeruandum eſſe moneo, quod ſacra ſcriptura plerunq; loquitur in ætate patrum de annis completis.

Kenan quartus poſt Adam vixit annos 910. mortuus anno Climacterico 130. Continet enim in ſe ſepties 130. annos.

Machalael quintus poſt Adam mortuus eſt anno 895. Cum annum Climactericum 128.ingreſſus eſſet.

Lamech. Omnes anni ætatis Lamech fuerunt 777.& mortuus eſt. Geneſ.cap.5. Qui anni ſunt planè Climacterici, hoc eſt, tempus ipſius vitæ numero ſeptenario terminatur, ac incidit annus eius obitus in 721 annum, poſt mortem Adami. Et Lamech fuit primus mortalium, qui ante obitum patris naturali morte defunctus eſt.

Salah vixit annos 433.mortuus ergo anno Climacterico 434. qui continet in ſe ſepties 62.

Henoch ſeptimus poſt Adam ſublatus eſt, tranſacto anno Climacterico 52.Cùm attigiſſet annum 365.

Septimus à primo vitam qui duxit Adamo
In cœlum ſolido eſt corpore raptus Enoch.

Peleus & Regu mortui ſunt anno ætatis 239.cùm ſuperuixiſſent annum Climactericum 238.qui continet in ſepties 34. Gen.cap.11.

Peleg obijt primus inter patres à Diluuio natos.

Serug vixit annos 230.mortuus ergo Climacterico 231. qui continet in ſe ſepties 33.

Nahor auus Abrahæ mortuus eſt anno ætatis 148. cùm ſuperuixiſ-

uixiſſet annum Climact. 147

Abraham mortuus eſt anno ætatis 175. completo, Geneſ. cap. 25. qui eſt Climactericus. Nam continet in ſe ſepties 25. die 7. Idus Octobris ſecundum Hieronymum.

Sara mortua eſt anno 127. cùm annum Enneaticum & Climactericum maximum ſuperaſſet. Geneſ. 13. & 17.

Iacob Patriarcha, obijt anno ætatis 147. Geneſ. cap. 47. qui eſt Climactericus, nam continet in ſe ſepties 21. mortuus in Aegypto ſepultus in Canaan in ſepulchro maiorum.

Cinera Cypriorum vixit annos 160. ergo obijt 161. qui continet 23. Plin. ex Anacreonte Poëta.

Epimenides Cretenſis vixit annos 154. qui continet in ſe ſepties 22.

Zebulon mortuus eſt anno Climacterico & Enneatico maximo 126. Nam hi anni continent in ſe ſepties 18. & nouies 14. ſecundum Sedar Olam.

Iudith, quæ Holofernem interfecit, vixit annos 125. Secundum auctorem Bibliothecæ ſacræ. Ergo mortua 126.

Mitrius Pius, prius diues, poſtea decrepitus & mendicans, vixit annos 125. menſes 3. dies 2. vt Veronæ ex Epitaphio conſtat, ergo mortuus eſt anno Climact. maximo 126

Moyſes mortuus eſt, & à Deo ſepultus, agens annum ætatis 120. Ergo exceſſit annum Climactericum 119. vt Ioſeph. lib. 4. affirmat. & Deut. 34. cap. habetur, pridie nonas Septemb. Ioſeph. Hieronymus eodem anno 120. (vt Cic. in lib. de Senectut. ſcribit) obijt Arganthonius quidam Gadibus Rex Tarteſſiorum, qui octoginta regnauit annos.

Iuda filius Iacob, Anno ætatis 119. qui continet in ſe ſepties 17.

Simon Cleophas Apoſtolus, frater Iacobi minoris Hieroſolymorum Epiſcopus, vixit annum Hebdomaticum 119 *Excedens ſub Traiano Imperatore cruci affixus eſt agens annum ætatis 120. propterea, quod eſſet ex genere Dauidis, 5. Calen. Nouē. Eccle. Hiſt. ex Egeſippo.*

In eo cenſu quem Veſpaſianus pater & Titus filius habuerunt Par-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Parmentiæ tres inuenti fuere, qui centum & viginti annos attigiſſent 120

Piaſtus princeps Polonorum, mortuus eſt agens annum 120. *Ergo non multum exceſsit annum Climactericum* 119. *Herburtus.*

Xenoilum Muſicum centum & quinq; annos vixiſſe ſine vllo corporis incommodo, Plinius ſcribit.

C. Lallius Tioneus L.F. vitam produxit per annos 105. *Vrbe natus Bioniæ, ex cenſuum Commentarijs. Trallianus.*

P. Quicentius Sphyrio. P. Libertus Bononienſis.

T. Cottinas Chriſantus.

T. Libertus Fauentinus.

M. Pomponius Seuerus. M.F. vrbe Tannetana.

Sextus Neuius, Sexti. F. ex vrbe Parmia.

Omnes totidem annos vixere 105

Idem Trallianus ex Commentarijs.

Beatus Antonius Monachus anno ætatis 105. *vt Hieronymus in vitis patrum tradit, continent hi anni ſepties* 15. *Ergo mortuus eſt anno hebdomatico* 15. *decimo ſexto die Cal. Feb.*

SEQVVNTVR QVI ANNO 98. HEBDOMAtico decimo quarto periere qui continet in ſe ſepties 14.

Eli anno ætatis 98. *audita amiſsione arcæ fœderis retro de ſella lapſus, collum fregit* 1. *Samuel.* 4. *gubernauit populum Iſrahel* 40. *annis.*

Zeno Citticus anno 98. *alij ſcribunt illum anno* 90. *Enneatico ſine morbo deceſſiſſe.*

Cleanthes Zenonis auditor, obijt anno 98.

Liuia Rutilij, vt Plinius ſcribit, exceſsit annum 97. *Ergo obijt anno* 98.

M. Perpenna vixit annos 98.

Idem Plinius.

Alexander Epiſcopus Conſtantinopolitanus, qui Arrium precibus, vt ſcribunt ad mortem adegit, obijt anno ætatis 98.

Caſsiodorus Romanæ vrbis Conſul & Senator, Theodorici Regis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Italiæ epiſtolarum magiſter, factus eſt Monachus & Abbas monaſterij Rauennatis, floruit ſub Iuſtinis Seniore & Iuniore, moritur anno ætatis 97. Ergo tantum aliquot menſes abfuit ab anno. 98.

Hi anno 91. Climacterico 13 perierunt.

Dionyſius Philoſophus obijt anno 91

Sophocles Tragicus ſcriptor ex nuncio de victoria ſibi allato, nimio perfuſus gaudio moritur, natus annos 90. mortuus ergo anno 91

Pacuuius poëta Tragœdorum princeps: Ennij ex ſorore filius natione Brunduſinus, ſenex Tarentum migrauit, vbi propè nonagenarius diem obijt, compoſito ſibi prius tali Epitaphio.

Adoleſcens tametſi properas, hoc te ſaxum rogat,
Vt ſe aſpicias, deinde quod ſcriptum eſt legas:
Hic ſunt Poëtæ Pacuuij Marci ſita
Oſſa, hoc volebam neſcius ne eſſes: Vale.

Tantùm aliquot menſes abfuit ab anno 91

Sanctus Hieronymus Stridonenſis ſub Honorio & Theodoſio floruit anno Domini 420. in Bethlehem mortuus eſt ætatis 91. die 30. Septembris. Proſper, Diaconus, Contractus ex Beda.

Ioſephus natione Iudæus, patria Tiberinenſis, dignitate comes, claruit ſub Conſtantino Principe, deceſſit nonagenarius: non eſt Ioſephus Mathathiæ filius, auctor ſacræ Bibliothecæ. Epiphanius teſtatur, illum primum in lucem emiſſe Matthæi Euangelium Hebraicum. Ergo tantum aliquot menſes abfuit ab anno 91.

Ferdinandus Toleto Dux Albæ vixit annos 91. & 5. menſes & aliquot dies. Obijt Lisbonæ 12. Decembris, Anno Domini 1582.

Hi anno 84. hebdomatico 12. obierunt.

S. Lucas Apoſtolus vxorem non habens vixit annos 84.

Auctor Bibliothecæ ſanctæ obijt in Bythinia 15. Calend. Nouembris.

Hanna Prophetiſſa vixit cum marito 7. annos, ætatis 84.

Luc. 2. locuta eſt in templo de redemptione Iſraël, & veriſimile videtur, quòd paulò pòſt cum Simeone in domino diſſoluta ſit, obijt Cal. Septemb.

Ana-

Anacreon Teius Poëta, cum paſſæ vuæ ſucco tenues & exiles reliquias foueret, vnius grani ptinacior in aridis faucibus humor eũ ſuffocauit. Anno ætatis 85. Ergo non multum exceſsit Annum 84.
Valerius Max. Volatcr.

Ageſilaus cognomento Magnus, rex Lacedæmonum, moritur extra patriam in deſerto quodam Africæ loco, regni ſui 41. ætatis 84.

Excelluit animi magnitudine, cõſilio, beneficentia, humanitate, ſed qui bella ſemper cuperet, eaq́ alia ex alijs ſereret. Fuit autem vt Cicero ait, diſcipulus Xenophontis.

Cato Maior moritur, annum agens 85. Cicero, Plinius, Plutarchus. Ergo per aliquot menſes exceſsit annum 84.

Franciſcus Foſcarus Venetorum Dux, ad æternam requiem commigrauit anno ætatis 84. anno ſalutis 1457. Cal. Nouemb.

S. Vlricus Epiſcopus Auguſtanus vixit annos 83. mortuus ergo anno ætatis 84.

Nauclerus Cronicen Norenb.

Iuſtinianus Imperator debellatis Gothis per Narſen moritur circa annum ætatis 84. die 13. Nouembris. Imperium adeptus eſt anno 45. Quanquam Sigonius ſcribit, illum obijſſe anno imperij ſui 39. ætatis 82 Tunc ſecundum eius opinionem deceſsit, agens annum 83. Ergo per aliquot menſes tantum abfuit ab anno 84. Princeps bello paceq́ inclitus, ac veteris Romanæ gloriæ inſtaurator eximius, & ſine dubio bonorum ſimul ac fortium Orientis Imperatorum extremus.

Theophraſtus obijt anno 84. qui moriens de natura queſtus eſt, breue ſibi vitæ ſpacium, longum verò cornicibus dediſſe. Bodinus.

Ioannes Arragonum & Siciliæ Rex, poſt plures labores ſenio prægrauatus obijt anno Domini 1476. regni 20. ætatis ſuæ 84. Cal. Febr. Hiſtoria Sicula.

Andreas Grittus Venetorum dux 75. fato naturæ conceſsit annũ agens 84. 6. Cal. Ianuarij. Silueſter Girellus.

Lucas Gauricus, Epiſcopus & Aſtrologus eximius, obijt cum vixiſſet annos 82. menſes 11. dies 27. Ergo per vnum menſem & aliquot dies abfuit ab anno 84

Ioannes Petrus Theatinus Caraſſa, poſtea Pontifex factus, ac Paulus IIII. nominatus bellum geſsit cum rege Hiſpaniarum, vixit menſem 1. dies 20. & annos 83. Ergo obijt anno ætatis 84. Anno Domini 1559 die 18. Auguſti.

Bernhardus Arnen Abbas monaſterij Bordesholmenſis in Holſatia mortuus eſt, anno Domini 1560. 28. die Ianuarij anno ætatis 84. vt ex inſcriptione monumenti eius patet.

Albertus de Kracht, Senior Capituli Magdeburgenſis, mortuus anno Domini 1569. die 5. Februarij ætatis 83. Ergo non multũ abfuit ab anno 84.

Hi anno 77. hebdomatico 11 obierunt.

Seleucus Nicanar I. Rex Syriæ ac Aſiæ cum ſuperaſſet per aliquot menſes annum 77. & viciſſet Lyſimachum Macedoniæ regem poſt eius mortem ſeptimo mẽſe interfectus eſt à Ptolomæo Cerauno, & perdidit vitam vnà cum regno. Iuſti. Oroſi.

Ariſtonimus Poëta Ptolemæi Philadelphi tempore obijt, è ſtranguria, annos natus 77.
Athenæus.

Empedocles Agrigentinus dum celebritatis cuiuſdam cauſa Maſſanam curru proficiſceretur, cecidit, coxamq́; perfregit & Megaris obijt, annis ætatis 77

Quanuis alij ſeipſum in Aetnæ crateres, immortalitatis ſpe, præcipitaſſe tradunt.
Autor Theatri vitæ Humanæ.

Septimus Seuerus Imperator, deceſsit morbo articulari, anno ætatis 70
Ex Theatro vitæ humanæ.

Garſias Patriarchæ Proauus paternus, vixit cẽtum & quatuor annos. Ergo mortuus anno ætatis 105.

Obijt ipſo die in eoq́; thalamo, in quo natus fuerat.
Guido Bitur.

Octauius Auguſtus, qui Caſsium & Brutum in Macedonia vicit. Sextum Pompeium in Siculo freto ſuperauit, Marc. Antoniũ in Actiaco littore debellauit, & reliquam orbis partem per legatos domuit,

muit, Cæſar & dictator factus, ſub quo Chriſtus redemptor noſter natus eſt, vixit annos 75. menſes X. dies 26. tantum per vnum menſem abfuit à Climacterico, vt nonnulli volunt.

Sextus Aurelius ſcribit illum morbo Nolæ interijſſe, cum annum ingreſſus eſſet. 77.

Ioſephus idem affirmat, die 19. Auguſti.

Tiberius Imperator Liuiæ filius Cæſaris Octauiani priuignus, ob vinolentiam vocatus eſt Biberius Mero: ſatis prudens in armis, erat ei ſcientia literarum multa, ſed ingenio peſſimo, truci, inſidioſo, ſimulans ea ſe velle quæ nollet, & cum immani furore inſontes ſuos pariter vt externos puniret, Armenia à Parthis, Meſia, à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direpta eſt: Vixit annos 77. & quatuor menſes & dies 9. Cum lentũ venenum à Caio caligula, vt ſuſpicio eſt, propinatũ hauſiſſet: Obijt 16. Martij. Dion. Tacitus.

Liuius Patauinus, Latinæ hiſtoriæ princeps, ac verè lacteo eloquentiæ fonte manans & admirabili orationis grauitate, copia & ſplendore omnibus latinis ſcriptoribus antecellens, & qui ſingulari cura & fide originem & formam Romanæ Reipub. legum, ſacrorum, Magiſtratuum, pacis belliq; inſtituta, præſtantium gubernatorum & ducum imagines, illuſtres conſiliorum maximorum deliberationes, res domi foriſq; geſtas, & mutationes inſignes, eorumq; cauſas miro & iucundiſſimo orationis candore & maieſtate explicauit: mortuus calendis Ianuarijs anno 77. teſte Apuleio, qui Ouidium eodem die perijſſe ſcribit. Quod etiam colligitur ex eius Epitaphio Patauij erecto, vbi illum vixiſſe annos 76. ſcribitur & inter alios hi verſus leguntur.

Tu famam æternam Romæ patriæq; dediſti,
Hinc oriens illi fortia facta canens.
At tibi dat patria hæc & ſi maiora liceret,
Hoc toto ſtares aureus ipſe loco.

Pomponius Atticus Ciceronis intimus amicus febre tentatus, diutius morbum alere voluit, & cibo abſtinens, mortuus eſt die 31. Martij 77.

Lici-

Licinius Valerianus Imperator, poſtquam cum filio Galieno imperaſſet 7 annos, à Sapore Rege victus & captus, obijt anno ætatis 77. alij anno 70.

S. Auguſtinus mortuus eſt Hippone, cùm VVandali oppugnarẽt illam, & vixiſſet annos 76. Ergo obijt anno 77. & die 5. Calen. Septembris.

S. Columba Scotus ſeu Hybernus, ab oppido patrio ſic dictus, relictis in Germania diſcipulis S. Gallo & S. Leodegario, in Italiam ad reginam Longobardorum Theodelindam profectus eſt, & in monaſterio Bobienti ad Trebiam fl. propè Placentiam, obijt anno Chriſti 598. 23. Nouemb. anno ætatis, vt Beda ſcribit 77

Henricus I. Rex Angliæ moritur in Normannia 3. Nonas Decemb. anno Domini 1135. annum agens 77
Polidorus.

Nicolaus Comes Holſatiæ, Gerhardi Magni filius, vixit annos 77. & aliquot menſes, ſepultus in Itzehöe.

Dionyſius Rikel, qui anno 1440. floruit, Carthuſianus 77

Beſſarion Græcus, Cardinalis, dum è Gallia rediens concepto morbo Rauennæ ſubſtitiſſet, moritur anno ætatis 77
Iouius.

VVilibaldus Regis Eduardi Angliæ filius, primus Epiſcopus Eichſtadenſis, in quo loco ſepultus eſt, obijt 77

Ioannes Mocenicus Dux Venetorum 71. vixit annos ætatis 76. Marcellus. Ergo perijt anno 77

Vſumcaſſanus, Anno domini 1478. ætatis 77. & aliquot menſ. in nocte quæ præcedit feſtum trium Magorum obijt. Hic, præter bella, quæ geßit cum Ottomanno, expugnauit etiam Sarochum, nepotem magni Tamerlani, Hiemſelemq́; Babyloniæ Regem cum toto exercitu ſuperauit.

Bartholomæus Salicetus Bononienſis, obijt annos natus 77. dies 10. ex monumento Romæ ad S. Mariam de anima.

Fridericus III. Imperator Maximiliani I. Imperatoris pater, perijt annum agens 78. die 19. Auguſti. Ergo per aliquot menſes tantum annum 77. ſuperauit, cùm imperaſſet 53.

Baiazetes Ottomannus Imperator Turcicus, veneno extinctus à filio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

à filio Selimo, ab Hammone Medico Iudæo, ſepultus Conſtantinopoli, vixit annos 76. Ergo mortuus eſt anno 77

Panuinius.

Solimannus Turcarum Imperator, perÿt morbo in expugnatione Sigethi, annum agens 76. tantum per aliquot menſes abfuit ab 77. alÿ ſcribunt eum vixiſſe annos 76. Ergo perÿt annum agens 77. die 4. Septembris. Inter fœliciſsimos Imperatores Turcicos numeratur, qui Rhodum vicit, Budam ſedem Regum quondam Vngariæ, cũ maxima parte eius regni in poteſtatem ſuam redegit, nõnulli illum tantum vixiſſe volunt annos 67.

Chriſtiernus II. trium Borealium Regnorum quondam Rex, nẽpè Daniæ, Sueciæ, ac Noruuegiæ, & Caroli V. affinis, in captiuitate, in qua per annos 27. detinebatur, propter tyrannidem quam exercui terga nobiles ſubditos, obÿt anno 77. quem aliquot menſibus exceſſerat die 25. Ianuarÿ anno 1559.

Petrus Bembus Cardinalis Venetus, vir doctiſsimus & eloquentiſſ. ſcripſit Venetam hiſtoriam & epiſtolas nomine Leonis X. obÿt 18. Ianuarÿ, anno ætatis 77.

Anno Chriſti 1547.

Henricus Bullingerus Theologus Tigurinus, obÿt anno Domini 1575. 17. Septembris: ætatis circiter 76. ergo non multum abfuit ab 77

Antonius Nebriſſenſis Hiſpanus, par antiquis grammaticis, quem oppreſsit repentina paralyſis, cum perueniſſet ad annum ætatis 77

Iouius.

Albertus Marchio Brandenburgenſis Dux I. Boruſsiæ, ex magiſtro ordinis Teutonici factus dux, mortuus 77. quem paucis menſibus exceſsit.

M. Huldericus Martinus, Præpoſitus Monaſterienſis mortuus anno ætatis 77

Iouianus Pontanus, vir ad omne genus eloquentiæ natus, vixit annos 77. Mortuus menſe Auguſto. Iouius.

Staniſlaus Hoſius Polonus, S. R. E. Presbyter Card. Varmienſis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Epiſcopus, Maior pœnitentiarius, Legatus Rom. Pontificis, & Præſes in Concilio Tridentino, in Domino obdormiuit anno ſalutis 1579. Aetatis ſuæ 67. Ergo non multum abfuit, ab anno 77.

M. Ioannes Creſſelius.

Ioannes Batelius Rector ſcholæ Luneburgenſis obÿt anno domini 1574. 18. Septembris anno ætatis 77. Ex monumēto ipſi apud ſcholam erecto.

Nicolaus Ranzouius, qui in bello quod Chriſtiernus Daniæ Rex cum Lubecenſibus geßit, tribunus militū fuit, & cum duabus cohortibus ſub Martino Roſſemio in Galliam ſe contulit. Deinde præfectus Arcis Peinniēſis, quæ eſt Adolphi Holſatiæ Ducis, in ducatu Brūſuicenſi factus, Poſtea ætate ingraueſcente negotÿs ſe ſubduxit, & Lubecæ domum coemit, ibiq; annum agens 77. eſt mortuus 31. Auguſti, ſepultusq; ibidem in Eccleſia cathedrali, in monumento Ranzouiorū quod Hēricus Ranzouius filio Theodoro extrui curauerat.

Hi anno 70 hebdomatico 10. perierunt.

De quo Regius propheta, dies annorum noſtrorum, anni 70. Et Philo ait, quod illo tempore vitæ finis ſit optimus, integris etiamnū inſtrumentis ſenſuum.

Et captiuitas Babylonica durauit annos 70. 4. Reg. 25.

Præter hæc Aſtrologi dicunt, annos Solis medios eſſe 69. cum dimidio qui eſt annus 70. Nondum completus, quem dat Sol benè collocatus in hora alicuius naſcentis.

Thales Mileſius ex 7. ſapientibus Græciæ mortuus eſt, cum certamen Gymnicum ſpectaret, æſtu ſcilicet & ſiti, & infirmitate fatigatus anno 70.

Quanquam Laërtius eum nonagenarium deceßiſſe ſcribit: prædixit Eclipſin ſolis ſub Cyaxare. Herodotus.

Pittacus Mitylenæus ex ſeptem ſapientibus Græciæ anno 70. Cuius eſt dictum, Modum omnium rerum eſſe optimum.

Cleobolus Lydius inter 7. ſapientes Græciæ anno 70.

Hi ſeptem ſapiētes tempore captiuitatis Babylonicæ, vſq; ad Crœſi ætatem floruerunt.

Socrates ab Athenienſibus damnatus cicutam bibit, auctore Diodoro Siculo, anno 70.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Cyrus primus rex Perſarum, qui Crœſum vicit, eiq; pepercit, cū dictum Solonis ei in rogo recitaſſet: Neminem ante finem beatū eſſe iudicandū, obijt, vt in lib. de Diuin. ſcribit Cicero, anno ætatis 70.

Dauid Rex & Propheta mortuus eſt anno ætatis 70. 3. Regum 2. quem finem vitæ noſtræ conſtituit, qui anno Climacterico 63. à filio Abſolone regno eiectus, regnauit annos 40. 2. Reg. 5. anno Climacterico ſuo 49. ob commiſſum adulterium à Nathane ad pœnitentiam perductus. Obijt 4. Calend. Ianuarij, vt B. Hieronymus reperit in archiuis Iudæorum.

Philopœmenes dux Achæorum, à Dinocrate veneno interfectus anno 70.

Ennius poëta mortuus eſt anno 70.
Cicero.

Caius Marius, qui Iugurtham captum ante currum triumphalem egit, Teutones in Gallia apud aquas Sextias, Cimbros in Italia in campo Claudio vicit, & cum Sulpitia rogatione prouinciā Syllæ eriperet armis ab eo victus & captus, ſed liber factus in Africam traiecit, ab exilio reuocatus à Cinna in vrbem introductus, cum ſeptimum conſul factus eſſet pluribus cædibus patratis, idibus Ianuarij. anno ætatis 70.
mortuus eſt, cùm metu aduentantis Syllæ in pleuritidem incidiſſet, quam Phreneſis comitata fuerat Floro referente: Alij ſcribunt, eum mortuum eſſe anno Enneatico 72. ſeptimo die ſui ſeptimi conſulatus.

Herodes Aſcalonita Rex Iudæorum, qui pueros Bethlehemiticos, & filium ſuum Antigonum quinto die antequā exhalaret animam, interfecit 70.
anno ſæuiſsimis morbis vexatus obijt, & poſtquam regnaſſet annos 40.

Flauius Veſpaſianus Auguſtus ad imperiū, poſt familiam Iuliorum peruenit, cum Vitellium per ſuos viciſſet: conuulſum ſuperiorum furore imperium virtute & vigilantia reſtituit: Hieroſolymam miſſo ad eam oppugnandam cum exercitu filio vi cepit, templumquè auguſtiſsimum cum vrbe incendit: Romam incendio deformatam, & capitolium, ædem pacis, Claudij monumenta repa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

rauit: natus eſt poſt Chriſti natalem anno vndecimo, iuxta occaſum Solis: tandem profluuio ventris ſtans moritur: ſtantem Imperatorem mori oportere exiſtimans, anno ætatis 70. teſte Euſebio: Alÿ tradũt, quod non eſt diuerſum, vixiſſe annos 69. menſes 7. & dies 7. vt Dion.

AElius Verus ab Hadriano Imperatore adoptatus veneno tollitur die 1. Ianuarÿ anno 70.

Antoninus Pius adoptatus ab Hadriano: nemini bellum intulit, ſed inferẽtes repreſſit, cuius dictum malle ſe vnum cium ſeruare, quàm mille hoſtes occidere: mortuus eſt anno ætatis 70.
Carion.

Q. Annius Ianuarius, vixit annos 71. ergo mortuus eſt anno ætatis 72.
Ex monumento Capuæ.

Feneſtella Cumæ perÿt anno ætatis 70.
Euſebius.

AElius Publius Pertinax, imperauit tantum dies 85. origine gẽtis ſordidæ per laboris genera ad vniuerſa officia aſſumptus, vt fortuna vocaretur pila. Aurel: Victor, crudeliter à ſuis militibus ſcelere Iuliani interfectus, anno ætatis 70.

Galenus medicus moritur anno ætatis 70. Auctore Antonio Fumanello. Quanq̃ Fulgoſius illum proſpera valetudine ſemper vſum, & ætatem vſq; ad annum Climactericum 140. perduxiſſe ſcribit.

Ioannes Caluinus Eccleſiæ Geneuenſis paſtor, obÿt ex diurna quartana aſthmaticus. Anno 1564. ætatis ferè 56
Beza.

Hilarius Abbas ſiue Eremita, vixit annos 70. Vt ex eius precibus, quas in agone mortis fecit, conſtat. Egredere anima mea, quid times? egredere, quid dubitas? Septuaginta propè annos ſeruiuiſti Chriſto, & mortem times? Alÿ ſcribunt illum 80. aſſecutum fuiſſe.

Ludouicus Germanicus, Ludouici Pÿ filius, nepos Caroli Magni, Francoforti obÿt, anno ætatis 70
Anno Chriſti 976. 28. Auguſti.

Origenes Theologus acutus, ſed multum tribuens allegorÿs, mortuus

tuus Tyri 70. atque ibidem ſepultus. Euſebius.

Rogerius Normannus, Comes Calabriæ ac Siciliæ, qui Saracenos eiecit ex Sicilia, & ibidem poſteris regnum conſtituit, obijt 70 Anno 1101. menſe Iulio, cuius Symbolon fuit.

Appulus & Calaber Siculus mihi ſeruit & Afer.

Otto Epiſcopus Bambergenſis, Comes de Andeſcho, qui Pomeraraniam ad fidem Chriſti conuertit, moritur Anno Domini 1139. ætatis 70

Tritthemius vltimo die Septembris. Saurius.

Conſtantinus IX. Imperator Occidentalis, anno Domini 1028. 9. Decemb cum fere attigiſſet, annum ætatis 70

Eduardus I. Rex Angliæ 70

Conſtantinus X. filius Romani, obijt Conſtantinopoli circa Cal. Septemb. Vixit aliquot menſes & annos 70

Panuinius.

Sancta Brigitta ex Suecia, mortua Romæ, ſepulta in monaſterio VVaſtemia in Suecia, quæ ſcripſit reuelationes 70

Aeneas Syluius.

Loë Imperatrix Conſtantinopolitana, quanquam decrepita, tamen cum adhuc impotenti libidine arderet, maritum ſibi tertium delegit, quem ab exilio reductum Imperio præfecit, ſed non diu vixit, vt Zonaras ait, extincta anno ætatis 70

Alexius Comnenus Conſtantinopolitanus, Iſaaci filius, diuturno & graui morbo fractus perijt, anno ætatis 70. cùm Imperaſſet, annos 37. menſes quatuor cum dimidio, 18. Cal. Septemb.

Baſilius Conſtantinus, ætatis anno 70. in Decemb.

Adolphus III. Comes Holſatiæ, Stormariæ, ac Schauenburgenſium, obijt annum excedens 70. Mindæ ſepultus.

Fridericus Barbaroſſa, perijt Anno Domini 1190. quarto Idus Iunij Imperij 38. ætatis ſuæ 70

Henricus Panthaleon, in hiſtoria ordinis Iohannitarum. Cùm Saphadinum Saladini filium viciſſet, & illum perſequeretur, in flumine Saro, lapſus ab equo, cuius ſtapedi inhæſit, & quamuis equus natando euaſit, Imperator tamen inde malè affectus & aqua impletus, vix in terram ab equo perductus ſpiritum, ſe Deo commen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

dans, emiſit, ſummo cum Chriſtianæ Reipub incommodo.

Andronicus Palæologus Imperator, qui extremam ſenectutem difficilem habuit, exagitatus inſidijs filiorum attigit annum 70.

Reuchlinus homo doctus, qui linguas Hebraicam & Græcam in Germaniam primus adduxit, obijt anno ætatis 70.

Petrus Mocenigus dux 69. Venetorum, qui Caramaniæ reges contra Ottomannos reſtituit, Schodram obſidione liberauit, Cyprũ pacauit, vixit annos 70. menſem 1. dies 20. Marcellus obijt 15. Februarij.

Philippus Audax Burgundiæ Dux, filijs oculos claudentibus ſeptuageſimum ingreſſus annum Deo animam reddidit, Anno Domini 1404. Pontus Heuterus.

Amurathes Turcarum Imperator, qui vicit ad Vernam Bulgariæ vicum diſtantem à Conſtantinopoli 20. milliaribus Ladiſlaum regem Poloniæ ac Vngariæ, ac eum in prælio interfecit, cum Ladiſlaus iuramentum datum eis iuſſu Pontificis violaret, cum antea Ladiſlaus cum Amurathe decennales inducias contraxiſſet, apoplexia extinctus eſt anno regni ſui 34. ætatis 70 *Michaël Neander.*

Xyſtus IIII. Papa Romanus Sauonenſis ex ordine Minorum, vixit annos 70. dies 22. horas 12. Mortuus anno domini 1484. Ex monumento Romano.

Sigiſmundus Imperator, Caroli IIII. filius, qui Conſtantienſe Concilium celebrauit, vt ait Cuſpianus, obijt die 8. Decembris annũ ætatis agens 70 *Anno Domini 1437 mortuus in Bohemia ſepultus in Vngaria.*

Alexander Borgias VI. Pontifex, qui vt Machiauellus ſcribit, nihil quam mortalium impoſtorem egit, nihil quam omnem malitiam & fraudem, qua hominum genus falleret exercuit: nemo qui ſpecioſius iurarit iuſiurandum, viciſſimq; qui minus præſtiterit nemo vnquam fuit: per miniſtri incuriam epoto veneno, quod alijs dari iuſſerat annum 70. per octo menſes excedens obijt, die 18. Auguſt.

Iulius II. Papa, in Vaticano palatio perijt 70. die 21. Februarij.

Fuit

Fuit Sixti 4. fratris filius, Ioannem Bentiuolum ſuperauit, & oppida quæ ſunt à Piſauro Bononiam vſq; redegit ſub dominium Eccleſiæ.

Nicolaus Vrſinus comes Petilianus, dux Venetorum exercitus cõtra Maximilianum I. Imperatorem, obijt ætatis anno 70. vt ex monumento conſtat.

Iacobus Sadoletus Cardinalis Philoſophus, menſe Octobri, perijt annum agens 69 ergo aliquot tantum menſes abfuit ab 70
Gauricus.

Matth. Curtius Ticinenſis, Medicus inſignis, ac vindex Galeni & Hippocratis, vixit annos 70
Ex monumento Florentiæ à Coſmo Medice duce erecto.

Iohanna mater Caroli V. ſepties ſeptem annos, hoc eſt 49. vidua permanſit, tandem morbo extincta anno 70
Zenocarus à Schovvenburg.

Eliſabeth Ioannis regis Danorum filia, coniux Ioachimi I. Electoris Brandenburgenſis, mater ac auia 70. principum, quibus maxima ex parte ſuperuixit, deceßit 70
Hondorff nonnulli ſcribunt eam deceßiſſe. 72.

Marchio Fridericus de Anſpach moritur prius mente captus anno 70.

Iodocus Toletanus Philoſophus & Theologus apoplexia mortuus plus minus natus 70
Callid

Ioannes Michaël Saracenus, Archiepiſcopus Materanus, vrbis gubernator & Cardinalis obijt ætatis ſuæ 70.
addita etiam eſt à Iunctino illa cauſa mortis, quod Horoſcopi directio & Saturni peruenit.

Blondus hiſtoricus celebris, & multorum Pontificum Romanorũ Secretarius, moritur Romæ, anno ætatis 70
quem aliquot menſibus ſuperauit

Eraſmus Roterodamus Theologus, & inſignis orator moritur Baſileæ 70 quarto Idus Iulij anno domini 1536.

Ele-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Eloquio clarus qui vicit Eraſmus Athenas,
Non minor eximio qui Cicerone fuit.

Iohannes Schonerus Mathematicus, mortuus anno ætatis 70. 16. Ianuarij.

Nicolaus Copernicus, & Mathematicus & Aſtrologus eximius, & in illa arte Germanicus Ptolomæus, 70. 19. die Ianuarij, Anno Chriſti 1543.

Franciſcus Petrarcha, eo ipſo die, quo natus erat in orbem recurrente, obijt vno die minor ſeptuagenario, in collibus Euganeis prope Patauium, ſepultus anno Chriſti 1374.

Fridericus Dux Lignicenſis 70

Matthias Bredenbachius, qui ſemper bonis literis incubuit, easq́ue fideliter perdidicit 70

Panthal. Callid.

Santes Pagninus, cuius eſt Lexicon Hebraicū, moritur Lugduni 70. fuit Theologus ordinis Prædicatorum, Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, & Arabicè doctiſſimus.

Ericus Dux Brunſuicenſis & Luneburgenſis, relicto hærede Erico Iuniore moritur, anno Chriſti 1540. ætatis. 70

Doctor Gregorius Pontanus Senior, Electoris Saxoniæ Cancellarius, moritur 20. Februarij anno ætatis 70

Panthal.

Ioannes VVeinman medicus in Anſpach 70

VVilhelmus à Dietēbach, eques auratus, ex nobili familia Bernenſi 70

Panthal.

Ioannes Bentiuolus Bononienſium tyrannus, vixit ferè annos 70. Dignus herculè eo patriæ dominatu, niſi ingenium eius impotentes liberi cuncta perturbantes, ad exitialem inſolentiam, propuliſſent. Iouius.

Ioannes Argyropylus, Bizantius, Turcarum impetu Græcia eiectus, immodico Melopoponum eſu autumnalem accerſiuit febrim, & ereptus eſt anno ætatis 70

Iouius.

Gangolphus liber Baro in Hohen Herolzeck, *& maximus Dux exer-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

exercitus, præſertim in bellis, quæ inter Maximilianum Cæſarem & Venetos geſta ſunt: ſæpe etiam cum Turcis feliciter conflixit, obijt anno ætatis. 70

Panthal.

Tiberius Criſpus, Romanus, Cardinalis, ætatis 69. obijt Romæ. Ergo per aliquot menſes abfuit ab 70

Lazarus Bonamicus ex Baſſano quondam Patauino oriundus, Poëta, Orator, & Philoſophus ſummus, moritur Patauij, Anno Chriſti 1552. ætatis 70

Paulus Iouius, Epiſcopus Nouocomenſis, & hiſtoriographus inſignis, mortuus Florentiæ annum agens 70. die 11. Decembris. Nam vixit annos 69. Menſes 7. Dies 22. vt ex eius Epitaphio conſtat.

Theodorus Brandt, Conſul Baſilienſis 70

Panthal.

D. Leonhardus ab Eck, Iuriſconſultus obijt anno ætatis 70

M. Sebaſtianus Stenda Erfurdiæ obijt 70

Chemnicius.

Hermannus Siegman Tribunus Reipub. Lubecenſis, vixit 5. dies, menſes 3. annos 70. mortuus anno Domini 1571. Calend. Nouembris, vt monumentum ibidem in templo Mariano erectum teſtatur.

Marſilius Ficinus, Medicus Florentinus, in Caregiana ipſius villa febricula interijt, prouectior, ſeptuagenario.

Iouius.

Pomponius Lætus, quem ex illuſtri Sanſeuerina familia natum ferunt, labente fortuna, principalis domus, animum ad literarum ſtudia conuertit, vt Romæ inter præclara eius ſæculi ingenia numeraretur. Hic, cum gelidiſſimi vini potu, ventriculi calorem oppreſſiſſet, exceſſit vita, ſeptuagenarius. Iouius.

Ioannes Koeler, Prothonotarius Luneburgenſis, de illa Repub. benè meritus, omnibus charus, obijt vt conſtat ex eius monumento in templo D. Mariæ Virginis ſito, anno ætatis 70

Eratoſtenes Cyrenæus, Ariſtonis Chij, ſiue Callimachi Poëtæ diſcipulus, & Præfectus Bibliothecæ Ptolemæi, quum diuturno morbo torqueretur, neq; remedium inueniret, cibum ſibi ſubtraxit, &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

inedia ſe peremit, anno ætatis ſuæ 70. Suidas.

Hi anno 42. hebdomatico 6. obierunt.

Isboſeth, qui & Esbaal, Sauli regis filius patre defuncto duos annos regnat, interfectus à tribulibus ſuis, anno ætatis 42

Cornelius Gallus Poëta primus, gubernator regni Aegyptiaci, poſt Antonium & Cleopatram, accuſatus ab incolis & damnationem exilij metuens ſeipſum interemit annum agens 43. Ergo exceſsit per aliquot menſes tantum annum 42
Dion. Euſebius.

Titus Veſpaſianus qui Hieroſolymam & Iudaicam gentem vicit, Patrem virtutibus ſuperans, amor & delitiæ generis humani dictus fuit: Non oportere quenquam à ſermone principis triſtem diſcedere dicere ſolitus eſt. Imperio cum patre beneficè & liberaliter geſto, omnium luctu placidè obijt, die 13. Septembris, anno ætatis 42

Lucius Verus, natus eſt Romæ anno Chriſti 129. obijt Alpini, Apoplexia correptus, anno ætatis 42

Heraclius, qui Perſas debellauit 42

Rolandus, Sororis Caroli Magni filius, Blauij Comes, perijt pugnans cum Saracenis, anno Domini 796. in Pyrenæis montibus non ferro ſed ſiti, anno ætatis 42

Turpinus. Quod conſtat ex verſibus à Carolo Magno factis.

Tu patriam repetens, triſti nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lachrymoſa dies.
Sed qui luſtra octo geris, & binos ſuper annos,
Ereptus terris, iuſtus ad aſtra redis.

Iohannes Albertus Rex Poloniæ 42

Dithmarus Comes Saxoniæ, Epiſcopus IIII. Mersburgenſis, obijt anno Domini 1021. die 29. Nouemb. annum agens 42
Chronicon. Marsburgenſe.

Ioannes Regimontanus, Mathematicus Romæ obijt ætatis 41
Ergo perijt annum agens 42

Quanquam Hector Boëtius ſcribat illum obijſſe, anno 28. tamen conſtat, illum ad annum 42. perueniſſe.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Eraſmus Reinholdus, qui tabulas Prutenicas edidit, & Mathematicus excellens fuit, obijt Salueldiæ in patria 19. Februarij anno ætatis 42

D. Iuſtus Ionas iunior, Iureconſultus Hafniæ in Dania decollatus eſt, anno ætatis 42 cum ſe imprudens bellicis rebus immiſceret.

Caſpar Buſchius, excellens Organiſta Noribergenſis obijt, anno ætatis 42

VVolffgangus Benius, duorum Electorũ Saxoniæ Matrum concionator aulicus deſceſſit. 42. Chemnitius.

Martinus Eiſengreinus, Theologus, cum hac inſcriptione Ingolſtadij ſepultus:

De te quid ſiet amice lector, cogita.

Vixit annos 42. menſes 4. dies 7. Engardus.

Rudolphus Agricola die 28. Octobris anno Domini 1485. natione Friſius, Heidelbergæ ſepultus anno ætatis 42 *Bucholcerus.*

Hieronymus Ferrariẽſis, vixit annos 41. Ergo obijt anno ætatis 42. 3. Cal. Octobris, anno Domini 1542. vt conſtat ex monumento ei Romæ erecto.

Magnus dux Megapolitanus Epiſcopus Suerinenſis, obijt 28. Ianuarij, anno completo 41. id eſt anno 42

T. Lucretium Carum pleriq; mortuum eſſe, annum agentem ætatis 43. eodem die quo Pub. Virgilius Maro natus eſt, & ſibi ipſi manus intuliſſe, ferunt. Non multum igitur annũ vitæ exceſſit 42.

Henricus II. Galliarum Rex, Franciſci filius accedente ardente febri ad vulnus capitis, quod in nuptijs Sororis cum duce Sabaudiæ ac Pedemontano, in Haſtiludio acceperat, perijt anno Domini 1559. die 10. Auguſti annum agens 42

Adolphus VVilhelmus de Dornberch nobilis Heſſus, obijt die 6. Octobris, anno ætatis 42

Samuel Comes de VValdeck, obijt anno Chriſti 1570. 6. die Ianuarij ætatis 42

Magnus Chriſtiani III. filius Epiſcopus in Liuonia in Oſel Churlandt & VVick, mortuus eſt anno ætatis 42

Frãciſc° Dux Luneburg. & Brũſuicẽſis Hẽrici filius, Erneſti frater

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

perijt 23. Nouemb. quo die natus fuit anno Domini 1549. ætatis ſuæ completo anno 41

Liborius de Breida, Canonicus Magdeburgenſis, obijt anno Domini 1569. ætatis 42.

Hi anno 35. hebdomatico 5. perierunt.

PTolomæus Philometor VI. Aegypti Rex, obijt anno ætatis 35

Conſtantinus Magnus, ſalutatur Imperator 35
Euſebius.

Quintus Clodius Hilarius, vixit annos 35
Ex monumento Romæ.

Iacobus III. Rex Scotiæ interfectus à ſua nobilitate, bellum contra illum mouente, anno Domini 1488. ætatis 35
Buchananus.

Nonia maxima vixit annos 35. ex monumento Neapoli.

Albertus Marchio Brandenburgenſis, qui cum Carolo V. & Franciſco rege Galliæ bella geſsit, exul perijt 8. die Ianuarij anno ætatis 35

Chriſtophorus Longolius, diligens imitator Ciceronis, moritur Patauij, 11. Septembris, anno ætatis 35

Eius hoc legitur apud Patauinos Epitaphium, cuius eſt auctor Bembus Cardinalis.

Te iuuenem rapuere Deæ fatalia nentes
Stamina, cum ſcirent, moriturum tempore nullo,
Longoli, tibi ſi tempus ſeniumq́; dediſſent.

Ioachimus Brocktorff nobilis Holſatus, ac in bello Suecico vnius equitum alæ Dux, perijt poſt longum morbum, anno ætatis 35

Hieronymus Triuiſanus, Epiſcopus Veronenſis, mortuus eſt in Tridentino Concilio exulceratione Hæmorrhoidum, vt ei Venetijs Iunctinus prædixerat, anno ætatis 35.

Theobaldus de Annibalis, fuit decapitatus, anno ætatis 35
Iunctinus.

Fridericus Dux Saxoniæ, ducis Georgij filius, maritus vnius mẽſis moritur Dreſdæ, ſepultus Miſniæ, anno ætatis 35. anno domini 1539. die 26. Februarij. Fabrit.

Abdel-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Abdelmelochus Rex Mauritaniæ ſeu Barbariæ, vt hodie vocãt, congreſſus cum Sebaſtiano Rege Portugalliæ, & fratris filio Muleio Mahomete, cum ſuos fugere videret, furore incenſus, ac hoſtem aggredi conatus, Paralyſi tactus, amiſſa voce intra horam animam exhalauit anno ætatis 35.
Freigius.

Henricus Burchgrauius Miſniæ, Comes in Hartenſtein, Dominus in Plavven & Gerovv, vitã cum morte mutauit 22. Ianuarij cum vixiſſet annos 35. & ſeptimanas 38. Bruno.

Hi anno 28. hebdomatico 4 obierunt.

PErſius Flaccus Satyricus Volaterranus, Anno Chriſti 64. ſub Nerone mortuus, ætatis. 28. die 24. Nouembris. Euſeb. Eber.

Lucanus, Tragœdiarum ſcriptor, perijt inciſa, iuſſu Neronis vena, quòd inter eos nominatus eſſet, qui cum Piſone coniurarunt, anno ætatis 28
Crinitus in vita Lucani.

Alij, annum Enneaticum agens 27.

C. Caligula Cæſar, Germanici filius, in caſtris educatus, cognomentum Caligulæ adeptus eſt, tres ſorores ſuas conſtuprauit, pro Deo ſe coli voluit, imperauit annos ferè 4. & tandem 30. vulneribus interfectus eſt, anno ætatis 28. aut hos paululum excedens die 24. Ianuarij. Suetonius.

Theodoricus II. filius Childeberti II. Rex Auſtriæ & Aureliorum, cũ ad bellum Clothario magno inferẽdum ſe compararet, obijt natus annos 28

Attuſia Lucana Sabina, vxor Auſonij obijt, nata annos 28

Quæ modo ſeptenos quater impletura Decembres
Liquiſti natos pignora noſtra duos.

Ludouicus VI. Landtgrauius Turingiæ S. Eliſabethæ maritus, mortuus anno ætatis 28. 10. die Septembris, cum Brundusij Imperatorem expectaret Fridericum, cum quo in Syriam contendere volebat. Eber.

Tertio anno pòſt coniux eius mortua eſt anno domini 1231. 19. Nouēb. ſatis calamitoſa fœmina, quæ matrem reginā Vngariæ amiſit gladij ſupplicio, virum apud exteros, filium domi veneno: ipſa præterea ab Henrico fratre mariti in exilium pulſa: Iſta tamen omnia virtute & patientia ſuperauit.

Eberus.

Oſualdus Rex Angliæ, filius Achæ ſororis Sancti regis Edmundi in prælio occubuit anno ætatis 28.

Sigfridus.

Ottho ſecundus Imperator, natus anno domini 955. mortuus anno 983. 8. Decembris ex vulnere telo venenato inflicto, aut ex veneno dato, ergo obijt anno ætatis 28. Qui Græcos & Saracenos, Apulia & Calabria eiecit, Henricum patruelem, titulum Imperij aſſumentem, dignitate priuauit, ſed cum Lothario Rege Franciæ, infeliciter dimicauit, captus à Saracenis, beneficio Græcæ linguæ, quam calluit, euaſit. Recollectis deinde copijs, Saracenos hoſtiliter aggreſſus, planè deleuit, vnde pallida mors Saracenorū appellatus eſt.

Ottho tertius Imperator, perijt veneno à Creſcentij vxore dato, anno domini 1002. 28. Ianurij. Anno ætatis ſuæ completo 28. Imperator ſapiētiſſimus fuit, qui formam eligendi Imperatorem, per electores, primus inſtituit. Ioannem XVII. Pontif. oculis & vita priuauit. Creſcentium Conſulem Romanum, ſuſpendi curauit, vxorem Mariam ob adulterium, viuam comburi iuſsit. Inteſtina eius Auguſtæ condita, reliquum corpus Aquiſgrani ſepultum.

Philibertus Challonius, Aurantij Princeps, prorex Neapolitanus Caroli V. perijt in obſidione vrbis Florentinæ bombarda traiectus, anno ætatis 28

Pontus Heuterus.

Magdalena Ranzouia, Henrici ſoror, immatura morte, obijt ex partu, Anno Domini 1557. die 30. Iulij hora 8. ante meridiem, annos nata 28

menſes 7. ac dies plus minus 14. Saturnus & Mars fuerunt natiuitatis tempore, ſic etiam migrationis è vita, hoſtilibus inter ſe radijs

diis oppoſiti, nam nata fuit Anno 1528. 16. die Decembris hora 15.8.

Philippus Rex Hiſpaniarum Maximiliani Filius, Caroli V. pater, mortuus ætatis 28
25. Septemb. alij 17. Septemb.

Hippolytus Medices Cardinalis ex veneni potione interijt natus menſes 3. & annos 28
Gauricus.

Daniel Garcæius, melancholia extinctus anno Climact. 4. id eſt, annum agens 28
Iunctinus.

Hieronymus Vrſinus Romæ, ante ædem pulchræ puellæ, vulneratus fuit, ex quo paucos dies poſt in ſuo oppido perijt anno ætatis 28
Iunctinus.

Ioannes Medices, pater Magni Coſmi, Ducis Hetruriæ ictu tormentalis machinæ perijt 28
Iunctinus.

Henricus Ranzouius, Pauli filius in aquam lapſus fracto collo perijt, cum ex conuiuio ducis Holſatiæ Adolphi diſcederet anno ætatis 28

Theodorus Mollerus, Patritius Hamburgenſis, ingenij & expectationis ſummæ Iureconſultus vix completo ætatis anno 28
Patauij quo ſe ex Gallia contulerat, in morbum incidit, eoq́; paulò pòſt Kal. Aprilis abſumptus ibidem apud Eremitanos honorificè tumulatur, Anno Chriſti 1563.

Sigiſmundus Marchio Fpiſcopus Halberſtadenſis, Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Hallæ Saxonum moritur 12. die Septemb. anno Domini 1566. anno ætatis 28
Bucholzerus, Sledanus.

Ioannes Cotta, qui humili genere ortus, prealtum in literis ingenium habuit, cùm ad Iulium Pontificem legatus miſſus eſſet, oborta peſtilenti febri interijt iuuenis annorum .28
Iouius.

Adol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Adolphus Comes Naſſouienſis, frater principis Aurangiæ, occubuit ad Groningam, quando Comes Arnburgenſis cum nonnullis Hiſpanis eſt interfectus, anno ætatis. 28

Ioannes Fridericus III. Dux Saxoniæ, Ioannis Friderici I. filius, Ienæ obijt, vltimo Octob. anno ætatis 28

Auguſtus filius Cælij ſecundi, obijt anno Domini 1576. 24. Octobris anno ætatis 28

Ioannes Alefeldius Burchardi filius, obijt Neapoli, ibidemq́; ſepultus, ac marmoreo monumento à fratre Balthaſaro donatus, ex quo conſtat illum anno Domini 1581. ætatis ſuæ anno obijſſe 28.

Hi anno 21. hebdomatico 3. perierunt.

Maximilianus Iunior, Maximiliani Imperatoris filius, interfectus eſt ad Aquilegiam, cum patre in tumultu militari, anno ætatis 21

Valentinianus Minor ab Eunuchis proprijs cubicularijs ſtrangulatus eſt Arbogaſtro id procurante, annos natus 20
ergo perijt anno 21
Sigonius.

Rubea Turtulla, vixit annos 20. menſes 4. dies 4. perijt ergo anno 21. ex monumento quod in oppido Galatenſi in tẽplo conſpicitur.

Petronius Antignenidis, vixit annos 21. vt ex Epigrammate, quod Piſauri extat dilucide conſtat.

Balduinus VII. & vltimus rex Ieruſalem, perijt, annum vix aſſecutus ætatis 21.
Leonardus Rauvvolff.

Vladiſlaus iunior rex Vngariæ & Poloniæ cum pacem iuratam ex Iuliani Cardinalis inſtinctu, & Pontificis iuſſu renunciaſſet, ad Varnam infœliciter pugnans, à Turcis interfectus eſt anno Domini 1444. die 10. Nouembris, anno ætatis 21
Bonfinius. Cromerus: de quo hi verſus:

Romulidæ Cannas, ego Varnam clade notaui;
Diſcite mortales non temerare fidem,
Me niſi Pontifices iuſſiſſent rumpere fœdus,
Non ferret Schyticum Pannonis ora iugum,

Ludo-

Ludouicus gratus vtriuſq; linguæ, Aſtrorum & totius mathematicæ ſcientiæ peritus, vixit annos 20. menſes 8. & dies 5. obijt Calendis Aprilis, ſepultus Romæ in ara cœli.

Ludouicus vltimus rex Vngariæ victus, & Turcas fugiens, in palude mortuus inuentus anno ætatis 21. Stephanus Broderith procãcellarius Ludouici.

Franciſcus Franciſci. I. Regis Galliæ filius perijt anno Domini 1536. 10. Auguſti, veneno ſublatus à Comite Sebaſtiano de monte Cuculo Italo, anno ætatis ſuæ 19. menſe 5. die 13. abfuit per ſeptem menſes ab anno Climacterico 21.

Sixtus ab Hemminga.

Fridericus Marchio Brandenburgenſis Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Ioachimi 2. electoris filius, obijt anno ætatis 21.

Melchior Seheſtedius nobilis Holſatus, vnicus filius, obijt anno ætatis 21.

Fridericus Dux Luneburgenſis Erneſti filius accepto vulnere in prælio commiſſo inter Mauritium Electorẽ Saxoniæ, & Albertum Marchionem Brandenburgenſem, moritur ex vulnere poſt prælium Cellis Saxonum anno ætatis 21.

Margaretha coniux Comitis Guntheri VVillingæ obijt anno domini 1580. die 20. Octobris, anno ætatis 21.

Albertus Electoris Saxoniæ Friderici ſapientis frater, Archiepiſcopus Moguntinus, mortuus ex febre auita Anno domini 1484. ætatis ſuæ 20.

Simon Montegatius mortuus eſt tabe die 17. Februarij anno ætatis 21.

Iunctinus, Cardanus, addunt & illam cauſam, quod directio Heroſcopi ad quadratum Saturni peruenit.

Cipierrius, præfecti prouinciæ Comitis Tendij filius, adoleſcens viginti annos natus, ad forum Iulij crudeliter ab Arſio cum ducem Sabaudiæ conſanguineum cõſalutaſſet pugione necatur, ergo perijt anno Climacterico 21.

In commentarijs de ſtatu Galliæ.

Diricus Blome nobilis Holſatus, cum profectus eſſet in Terceram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Inſulam, poſt illam expeditionem in Hiſpaniam tendens, in mar morbo correptus die XXII. Auguſti obijt, cum compleuiſſet annos XXI. & dies XXX. ætatis ſuæ.

Hi anno 14. Hebdomatico 2. obierunt.

Philippus Rex Macedoniæ, duxit Arſinonem propriam ſororem in vxorem Lyſimachi relictam viduam, vt ſub eo prætextu interficere poſſet, filios eius Lyſimachum & Philippum: Quod & fecit, & illam, in Samochraciam relegauit, vt ibi exularet, Philippus egreſſus erat annum decimum tertium, ergo interfectus 14

Druſus Pompeius Claudij Imperatoris filius, piro perluſum in ſublime iactato & hiatu oris excepto ſtrangulatus eſt, pubertatis annos. iam attingens, quod fuit vt ego exiſtimo anno 14. Teuton.

Britannicus filius Claudij Cæſaris à Nerone interficitur veneno anno ætatis 14.

Filia Fundani annum agens 14
moritur, cui puellæ vt Plinius lib. 2. ſcribit, fuit ſenilis prudentia, matronalis grauitas, & ſuauitas puellaris.

Valeria liberta Sabina, vixit annos XIII. Ergo perijt annum agens 14
Ex monumento Romæ, non longè à Quirinali colle.

Eucharis Licinia, docta & erudita virgo, vixit annos 14
ex monumento Romæ apud Delphinos.

Alexius Comnenus filius Manuelis Imperatoris, à ſuo tutore Andronico Regni adminiſtrationi inhiante noctu ſtrangulatur, & plumbeo loculo impoſitus in mari ſubmergitur anno ætatis 14

S. Regina ab Olybrio iudice ob profeſſionem Chriſtianam decollata fuit, nata aliquot menſes & annos 14

M. Iulius Licinius Iunior Cæſar vixit annos. 14.
Onuphrius.

Alexius IIII. Anglus Imperator Conſtantinopolitanus laqueo necatus in carcere Byzantij 5. Calendas Februarij vixit plus minus 14.
Onuphrius.

Artu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Arturus princeps Henrici VII. regis Angliæ filius, Catharinam Ferdinandi Regis Hiſpaniæ filiam in vxorem duxit, & ſeptimo poſt mẽſe, 7. ante patrem annis lenta febri moritur anno Chriſti 1500. annum ætatis agens 14
Polyd. Pontus Heuterus.

Ludouicus vltimus, Bleſij Comes, ac Auennæ Dominus, cùm duxiſſet Mariam filiam Ioannis Valeſij Biturigum ducis, nullis ex ea ſuſceptis liberis ſupremum clauſit diem ætatis ſuæ anno 14
Pontus Heuterus.

Muſtapha Imperatoris Baiazetis frater, annum agens 13. arma mouit cõtra fratrem, à quo paulò pòſt ex inſidijs captus & ſtrangulatus perijt anno ætatis ferè 14

Martia Iohannis Pontani filia, vixit 7. menſes annos 14
ex monumento Neapolitano.

In VVeſalia ſuperiori VVernerus puer à Iudæis in die paraſceues ſuſpenſus, flagellatus, & mẽbris omnibus conciſus, crudeliq́ue morte peremptus eſt anno ætatis 14

Caius Ranzouius, Pauli filius, annum 14
vix egreſſus. obijt Dreſdæ, Anno Domini 1580. die 9. Septemb.

Franciſcus Franciſci Ducis Guiſiæ filius, qui in obſidione Aurelianẽſi in humero vulneratus, ex quo mortuus, obijt anno ætatis 14

Philibertus IIII. Dux Sabaudiæ, Patri ſucceſsit vix quadrimus, obijt ætatis anno 14

Hi 7. anno obierunt.

Lucius Verus Cæſar, obijt 7
Fuit Diui Anthonij filius ex Anna Fauſtina vxore ſecunda Lamprid. Panuinius.

Guntranus filius Clodimiri Aureliorum regis à patruelibus ſuis Clotario, & Gildeberto regibus occiſus & Lutetiæ in æde S. Geneſeuæ ſepultus eſt ætatis 7

Fridericus Martini & Mariæ Siciliæ regum vnicus filius annos natus 7

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

dum regibus ſpectantibus haſtiludio ſe exerceret, ærata cuſpide trã-fixus occubuit. Hiſtoria Sicula.

Agnes, filia Humberti III. Sabaudiæ Comitis, obijt anno 7.

Margaretha Ottonis Ducis Braunſuicenſis & Luneburgenſis in Harburch filia, obijt ætatis anno 7.

Hi die 7. obierunt.

Infans quem genuit Rex Dauid ex Vriæ vxore obijt die 7.
2. Regum 12.

HI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

HI ANNIS ENNEATICIS INTERIERVNT.

IARED, vixit annos 962. mortuus eſt ergo anno Enneatico 963. qui continet in ſe nouies 107. Geneſ. cap. 5.

Ioannes de temporib. Caroli Magni armiger fuit, & ſuperuixit annum Enneaticum 360. qui continet in ſe nouies quadraginta. Nam ſcribunt illum periiſſe annum agentem 361. Nauclerus, Martinus Cromerus, Robertus Gaguinus, & multi alij. Ego tamē vix credo, hiſce ſeculis aliquem tamdiu viuere potuiſſe, cum mortuus ſit Anno domini 1139.

Iſaac mortuus eſt anno ætatis 180. Enneatico, qui nouies in ſe cōtinet 20. & ſepelitur in Hebrō. Gen. 35.

Lucius tertius è Bononia, mortuus anno 135. Enneatico, qui cōtinet in ſe 15. nouies. Trallianus. Hierony. Cardan.

Pythagoras Abderites Philoſophus qui in Samo inſula natus, in Calabria ſuos cœtus ac ſcholam habuit, aceto Scillitico vtens produxit vitam integer vſq; ad annum 117. referente Galeno, Enneatico 13.

Gorgias Siculus, Philoſophus & Orator, vixit annos 108. Ergo periit Enneatico 12. Plinius.

Interrogatus fertur cur tam diu viuere vellet, reſpōdiſſe dicitur, nihil ſe habere, quod ſenectutem incuſaret. Interrogatus iterū cauſam tam longæ ſenectutis, & integræ valetudinis, reſpondiſſe, à Luciano in Macrobijs traditur, quod aliorum conuitia non ſit ſectatus.

Democritus Philoſophus vixit annos 108.

Oda, filia Francorum Regis Ludolphi, Magni Ducis Saxoniæ cōiunx, vixit annos 108. Et, cum marito in templo Gandersheimenſi ſepulta eſt.

Hieronymus Hemmingus L.

Xenophilus Muſicus, patria Chalcidenſis, annos 107. vixit citra

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tra vllum corporis incommodum autore Plinio. Ergo obijt 108. qui eſt Enneaticus.

Ex Theatro vitæ humanæ.

Hi anno 99. Enneatico 11. periere.

ISocrates Orator Athenienſis (de quo Cicero ſcribit, quod ex eius ſchola tanquam ex equo Troiano innumeri prodierint oratores) audita Cheronenſi clade, quatridui inedia moritur, non volēs quarto videre Athenas occupari: Plutrar. in vita Rhetorũ ætatis ſuæ 99

Eli ſummus ſacerdos, vixit annos 98. 1. Samuelis 4. Et cum ſcriptura ſemper loquatur de annis completis, perijt annum agens 99.

Iohannes Apoſtolus frater Iacobi Maioris in ardenti inuocatione Dei Epheſi ſub Traiano cum vix hebdomaticum ſuperaſſet, moritur 99. ſecundum Longobardicam hiſtoriam.

Statilia ex nobili domo obijt 99.

Claudio principe.

Plinius,

Hi anno 90. Enneatico 10. periere.

PYrrho Helienſis obijt anno ætatis 90.

Diogenes Cynicus ferme exceſſit, vt nõnulli volunt, annos 90.

Epicharmus Cous obijt anno ætatis 90.

Neſtorem ad 90. annos ætatis perueniſſe, Artemidorus ſcribit.

Protagras obijt cum attigiſſet annum 90.

Apollodorus ait eum anno 70. mortuum

Sophocles auctore Diodoro moritur ætatis 90.

Eleazar de Primoribus ſcribarum nolens comedere carnes ſuillas, interficitur ætatis 90.

Hieron Rex Siciliæ 90.

Liuius.

Tarquinius Superbus ſeptimus Rex Romanorum, qui occiſo Seruio Tullio regnum ſcelere occupauit, eiectus iterum propter filij adulterium Lucretiæ illatum, Cumæ in exilio mortuus eſt anno ætatis ferè 90.

Liuius, Dionyſius.

Oreſtes filius Agamemnonis, qui interfecit Aegyſtũ adulterum

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

& matrem 90. præfuit Morcæ hoc eſt Peloponeſo 70. annos. Velleius Paterculus.

Maſiniſſa rex Numidiæ obijt bello Punico tertio cum regnaſſet annos 60. & vixiſſet 90. alij illum vixiſſe ſcribunt 95.

Mater Pomponij Attici 90.

Caius Valens, cum iam annos 90. natus, Conſulatum geſſiſſet, ſub quo Domitianus interfectus eſt, obijt anno ætatis 90. Ouid. lib. 4. Triſtium ait patrem ſuum vixiſſe annos 90.

Benedictus Monachus in Nurſia, pater ordinis Benedictini, ex quo fuerunt 24. Pontifices & 200. Cardinales, obijt anno ætatis 90.

Gregorius XII. Pontifex 90.

Gregorius Nazianzenus obijt, vt ait Proſper anno ætatis 90

Cæcilius Argicius Arborius auus Auſonij vixit annos 90.

Tu nouies denos vitam cum duxeris annos,
Expertus fortis tela cauenda Deæ

Nicolaus Leonicenus Medicus, qui primus Græca Galeni volumina Latinè reddidit, peruenit integerrimis ſenſibus, ad annum ætatis 90 Iouius.

Antonius Grimmannus Venetorum Dux, præfuit Reipub. tres, & vixit annos 90:

Paulinus Sororis Auſonij gener vixit annos 90.

Inter concordes vixiſti fidus amicos,
Duodevinginti functus Olympiades.

Iulius Auſonius vixit annos 90. vt conſtat ex Epicedio filij Auſonij, vbi pater de ſe ipſo loquitur.

Nonaginta annos, baculo ſine corpore toto
Exegi, cunctis integer officijs.

Franciſcus Philelphus mortuus Bononiæ in Februario anno ætatis 90. tam pauper, vt ad efferendũ funus cubiculi & culinæ inſtrumenta vænierint.

Iohannes XXII. Papa Auenione moritur 90. qui confirmauit publicationem Clementinarum die 4. Decembris.

Iodocus Barbatus, Rex Romanorum, obijt in oppido Morauiæ Brumia 13. Calendas Aprilis, vixit annos 89. & menſes aliquot. Cuſpin.

Georgius Trapezuntius, qui in ſenecta omnium literarum oblitus dicitur, moritur Romæ 90

Dux Guilhelmus Brunſuicenſis 90

relictis filiis Friderico & VVilhelmo: Krantius.

Amandus, qui Dagoberti Regis filium baptiſauit, Epiſcopus Traiectenſis, anno ætatis 90

Pothinus, Epiſcopus Lundenſis periit martyr factus, Iſidoro teſtante anno ætatis 90

D. Hieronymus Brunſuick medicus & Pharmacopola Argentinenſis illæſa valetudine perduxit, vitam ad annum 90.

Franciſcanus Monachus Gorcouienſis Danus, necatus eſt laqueo apud Breilam annos natus 90.

Eitzingerus.

M. Pacuuius Brunduſinus, Ennij ex ſorore nepos qui Romæ, quãdiu, vixit picturam exercuit, ſenex & æger Tarentum migrans nonagenarius obijt 90

Ex Theatro vitæ humanæ.

Hi anno 81. Enneatico 9. mortui.

PLATO *mortuus, vt ex Cicerone, Seneca & Cenſorino conſtat anno ætatis 81. eodem die, quo in lucem venerat, recurrente, & quem legitimum vitæ finem exiſtimauit, eundem etiam aſſecutus eſt.*

Quemadmodum etiam Attalus Rex, & Pompeius Magnus natali die periere, vt conſtat ex Plutarcho.

Diogenes Cynicus cibi cruditate in choleram ſolutus eſt, anno ætatis 81

Pindarus Poëta, vixit annos 80 Ergo deceſſit, anno ætatis 81

Xenocrates Chalcedonius, Platonis auditor 81. Cenſorinus.

Dionyſius Heracleotes, vt vita abiret cibo abſtinuit 81

Cenſorinus.

Tarquinius Priſcus, occiſus eſt, percuſſoribus, per Anci Martij filios habitus paſtorali ſubmiſſis, ætatis ſuæ anno 81

Eratoſthenes orbis terrarum menſor 81.

Cenſor. Suidas.

Simo-

Simonides Græcus Poëta, vt Euſebio placet clarus fuit tempore Tarquinij V. Romanorum regis, cum ad octogeſimum perueniſſet annum multa compoſuit: cuius eſt dictum: Fortuna innocentem ſæpe deſerit: ſpes autem bona nunquam.

Numam Pompilium Romanorum 2. regem, qui ædem Veſtæ fecit, Virgines veſtales legit, ſacerdotes Martis 12. inſtituit, Pontificem Max. creauit, annum in duodecim menſes diſtribuit, additis Ianuario & Februario, ſepultus in Ianiculo, nō longe maiorem octagenario obijſſe Plutarchus ſcribit.

Ergo obijt ætatis anno 81.
nonnulli anno 83.

Camillus 81.
vt ex Plutarcho colligitur, nam electus in Dictatorem cum annum 80. attigiſſet, ſequenti cùm Roma graui peſtè laboraret, maturo funere obijt

Marcus Portius Cato Cenſorius, qui Carthaginē delendam cenſuit, Galbam octogenarius accuſauit, & ipſe quadragies quater accuſatus glorioſè abſolutus, poſt octoginta annos filium genuit, & vt multi opinantur anno ætatis 81.
aut paulò poſt obijt

Antigonus quem dicunt filium nothum fuiſſe Regis Philippi, etſi aliquot prælijs aduerſarios vicerat, tamen tandem in acie multis vulneribus extinctus eſt annum agēs 80. quare per aliquot mēſes tantum abfuit ab 81.

Numidia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceßit. Plinius Iunior,
Ergo aliquot tantum menſes abfuit ab Enneatico 81.

L. Piſo Pontifex placidè obijt annorum 81.

Hircanus ſummus Sacerdos interfectus ab Herode poſt pugnam Actiacam, cum ad Octauium proficiſceretur anno ætatis 81.

Gordianus ſenior in Imperatorem electus eſt, cum annum ageret circiter 80. Qui deinceps cum vrbs Carthaginenſis à Cappelliano vi deuicta eſſet, in cubiculo ſe laqueo ſuſpēdit, annum ætatis agens, vt veriſimile videtur 81.
Herodianus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Helena Auguſta, Regina Angliæ, Conſtantini Magni mater 20. Iulij obijt, teſtamento, præſente filio ac nepotibus, condito, anno ætatis 80. Ergo egit annum 81

Alij volunt 18. Auguſti.

Sanctus Martinus miles ſub Iuliano, ac poſtea miles Chriſti, & Epiſcopus Turonenſis factus, mortuus anno Domini 397. 11. die Nouembris, anno ætatis 81

Marianus, Contractus, Sigebertus.

Moauias, ſeptimus poſt Mahometem pſeudoprophetam, qui, cum Conſtantino Pogonato, Conſtantis filio, pacem ea conditione fecit, vt per annos 30. quotannis penderet decem millia auri, ſeruos centum, & equos generoſos quinquaginta, Moritur ætatis anno 81

VVilbrodus, natus ex Anglia, primus Traiectenſis Epiſcopus præfuit Epiſcopatui annos 45. mortuus anno Chriſti 739. 7. Decembris, anno ætatis 81

Ludouicus Senior Barbatus, dux Bauariæ, 80. annos & aliquot menſes vixit 81

Robertus Rex Neapolitanus, obijt anno Domini 1343. 14. Cal. Febr. ætatis ſuæ anno 80. Ergo non multum abfuit ab anno 81

Vitandus Lithuanus, Patruelis Iagellonis regis Polonorum, cui Sigiſmundus Imperator diadema regium promiſerat, Spiritum exhalauit, cum aliquantulum exceſsiſſet annum octuageſimum, id eſt, 81

S. Germanus Epiſcopus Pariſienſis, qui Heritbertum, Childeberti patruũ, Regem Pariſiorum, propterea quod duas ſorores duxiſſet, excommunicauit, ſepultus in Eccleſia S. Germani de Pratis mortuus, anno ætatis 80. Ergo parum abfuit ab anno 81

S. Hildegardis, Abbatiſſa Cœnobij Bingenſis, mortua paululum egreſſa annum 81

agens annum 82. 17. Septemb. Tritthemius.

Skergelius, princeps Lithuaniæ annum 80. exceſsit. Ergo obijt anno ætatis 81

Henricus Panthal.

Reinerus Angium Dux, matrem habuit Iolam, Petri Regis Arragoniæ filiam vnicam & hæredem Regni, quo mortuo, eius hære-

di-

ditatem adire voluit: Sed infeliciter intentata belli fortuna, Arragoniam cum Italia ac Neapoli deſerere eſt coactus: Cumq́; in vxorem duxiſſet Iſabellam filiam & hæredem Caroli Lotharingiæ ac Barræ Ducis *vnicam, mortuo tamen ſocero, ab Antonio Vademontij comite pellitur, allegante, filiabus in Lotharingia ius non eſſe, prælioq́; captus Philippo Bono Burgundiæ Duci vinctus traditur. Sed facta pace filiam natu maximam inimici ſui Antonij filio in vxorem dare coactus eſt, è quibus adhuc Lotharingiorũ familia extat. Et Reinerus ſenex omnibus filijs ac nepotibus ex ſe natis orbatus, excluſo genero ſuo Duce Lotharingiæ, Ludouicum Regem 11. cuius minis territus hæredem inſtituit. Et ſic Reinerus fuit inſignæ inſtabilitatis fortunæ exemplum. Et vixit annos 80. Ergo mortuus eſt anno* 81
Pontus.

Echardus, Marchio Turingiæ, & Miſniæ III. Cùm poſt obitum Otthonis III. ad imperium aſpiraret, à Comite Northeimenſi venabulo per collum traiecto, necatus eſt, ætatis ſuæ anno 80. Ergo non multum abfuit ab anno 81

Amiras Saracenorum Rex, cum vixiſſet annos 80. & regnaſſet annos 19. obijt anno 81

Albertus Magnus ex nobili familia Bolſtadenſium, primò Monachus ordinis Prædicatorum, poſtea Epiſcopus Ratisbonenſis, deceſſit anno 81
anno Domini 1280. Coloniæ ſepultus, regnante Rudolpho. Callidius.

Paulus III. Pontif. Max. ex Farneſiorum familia, excedens, vt illi prædictum erat, audita morte nepotis, annum ætatis 81
10. die Nouembris mortuus eſt.

Sigiſmũdus I. Caſimiri filius Rex Poloniæ, Magnus dux Lithuaniæ, ætatis anno 81
menſe 2. die 7 regni 42. ipſo die Paſchatis, regno in pace relicto, & Reipub. rebus bene diſpoſitis, diſceſsit.

Gentis Beſchit nobilis fœmina ob patientiam clara, vno die grauida maritum & duos filios amiſit, cuius tumbæ aſſcriptum:
Durum, ſi neſcis, vincit patientia. *mortua ætat. 81. Chemnicius.*

Franciſcus Ximenius, Minorita & Archiepiſcopus Toletanus &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Caroli V. nonnullorum bellorum Dux, ætatis ſuæ circiter 80.
Ergo tantum paucos menſes abfuit ab 81.

Tale Epitaphium illi poſitum.

Prætextam iunxi ſacco, galeamq; galero,
Frater, Dux, Præſul, Cardinusq; pater.

Coſmus Medices octogenarius diſceßit, parum abfuit ab 81.
Sleidanus.

Lucas Cranach pictor excellens, & vir ſapiens obijt 16. octobris ætatis 81.
Bucholzerus.

Conradus Pegelius Bernardo ſenatore VViſmarienſe natus, qui amplius 60. annis in academia Roſtochiana profeſſor vixit, exceſſit ex hac vita anno Dom. 1567. die 27. Nouem. anno Enneatico 81

Arnoldus Burenius profeſſor Academiæ Roſtochienſis obijt anno domini 1565. 17. Calendis Septembris, anno ætatis 81.
ex monumento.

Auguſtinus Beroius Iuris conſultus vixit annos 79. menſes 11.
Ergo vnum menſem abfuit ab anno 82.
obijt anno domini 1554. Idibus Septembris. Ex monumento Bononiæ ipſi erecto.

Hermannus Archiepiſcopus Colonienſis, Comes in VVeda moritur anno 80. tantum per quatuor menſes & 17. dies abfuit ab 81.
13. Auguſti Calendar. Sanctor.

VVilhelmus Comes Hennenbergenſis poſt piam confeßionem & Dei inuocationem, placidè obijt anno Chriſti 1559. die 24. Ianuarij ætatis 81.

Chilianus Leibius Prior Rebderfenſis 81.
Panthal.

Margareta Seſtedia, auia Caij Ranzouij in Hanrovv, obijt anno 1583. 26. Ianuarij, ætatis 81.
vt conſtat ex monumento Chilonij illi erecto.

Olegarda Ranzouia mater Caij & Iohannis Ranzouij, nec non Catharinæ Ranzouiæ, obijt peſte octogenaria. Ergo nō multum abfuit ab 81

Catharina Ranzouij, filia præcedētis Olegardæ Abbatiſſa mona

ſterij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſterij nobilium in Itzehoë, ſoror Ioannis Ranzouij, mortua die 23. Ianuarij, anno Chriſti 1564. anno ætatis 81

Id conſtat ex monumento in prædicto monaſterio illi erecto.

Annas Dux Mommorantius Galliæ Conneſtabilis, ſeptem vulneribus à ductore copiarum Stuardo Scoto confectus, occubuit anno completo 80. 13. Nouembris. Ergo periit 81

Ei tale Epitaphium eſt factum.

Octo qui decies peregit annos,
Octo prælia qui cruenta geſſit,
Octo vulneribus iacet interemptus,
Septem dicitis eſſe vos nec octo?
Septem vulnera fecit hoſtis extra,
Octauum ſibi fecit intus ipſe,
Cæſum ſe patria dolens inulta.

Muſtapha Amurathis III. Turcarum Imperatoris Vezyr Baſſa, ob non auditos à Perſis miſſos legatos, & quod militares dignitates vendiderat, Conſtantinopolim vocatus, iras & minas Imperatoris metuens, ſumpto veneno mortem obiuit voluntariam, annos natus plus minus octoginta.
Ergo aliquot menſes tantum abfuit ab 81

Et eſt ille, qui Venetis noſtra memoria Cyprum eripuit, Bragatinum Famauguſtæ præfectum contra fidem datam ſupplicio affecit: Qui paulò antè Aegypti ac Syriæ regni motus compoſuit, Arabes rebellantes domuit, qui Baiazetem Solymanni filium iuſſu Imperatoris perſecutus eſt. Francis de Bilderbegh.

Hector ab Hemminga mortuus eſt Franeceræ anno domini 1572. 12. die Nouembris propemodum octogenarius. Ergo aliquot menſes tantum abfuit ab 81.
Sixtus ab Hemminga.

Mahomet Baſſa, qui trium Imperatorum Turcicorum ſupremus Viſirius, id eſt, locum tenens fuit, à quodam mendico Turcico, ſupplicationem exhibente, in ſuo aulico ſenatu cultello interfectus eſt, annum agens octuageſimũ, ergo non multum abfuit ab anno 81.

Id teſtatur VVenceſlaus Oratoris Maximiliani apud Turcas, Magiſter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Solon Salaminius Athenienſium Legiſlator, obijt in Cypro Anno ætatis 80. Ergo non multum abfuit ab anno 81
Ex Theatro vitæ humanæ.

Matthias Pfarnerus, Argentinenſis Patricius, qui ſepties Conſul, ab Argentinenſibus creatus erat, obijt octuagenarius. Non igitur multum abfuit, ab anno 81

Hugo Latimerus Anglus VVolceſtrenſis Epiſcopus, igne crematus eſt octuagenario maior, igitur anno vitæ ſuæ 81

Hi anno 72. Enneatico 8 obierunt.

A*Ttalus Rex Bithiniæ, ac minoris Aſiæ, Liuio referente, regni ſui 44. anno ætatis obijt* 72

Mitridates Rex Ponti, cum prius felicitate Syllæ, virtute Luculli, & magnitudine Pompeij præſtātiſſimorum ducum eſſet fractus, à proprio filio Pharnace obſeſſus ſeipſum veneno interfecit, cum annos 60. imperaſſet, & cum Romanis 40. annos bellum geſſiſſet, & viginti duas gentes gubernaſſet, quarum linguas callebat, & attigiſſet annum 72

Quintus Annius Ianuarius, vixit annos 71. Ergo mortuus anno ætatis 72
Ex monumento Capuæ.

Sulpitius Galba Septimus Imperator, orator Iuſtitiæ æquitatiſque amans, Romæ in foro equitum, M. Otthonis opera miſſorum, impetu, imperij ſui ſeptimo mēſe, & ſeptimo die oppreſſus eſt, ætatis 72
Ioſeph.

Epicurus, vt ſcribit Cicero de fato 72

Diocletianus Dalmata Imperator ſpontè, quod rarò fit, imperiales faſces Nicomediæ depoſuit, & in proprijs agris conſenuit, epoto veneno, cum à Conſtantino minaces accepiſſet literas, diſceſſit annum agens 73. Ergo per aliquot menſes tantum exceſſit 72

Ariſtarchus Samothrax, Alexandrina ciuitate donatus, Ariſtarchi filius, vixit 156. Olympiade. Sub Ptolomeo Philometore, cuius etiam filium erudijt, vixit annis 72

Iacobus Quaſarius equeſtris ordinis Poëta Neapolitanus, vixit peramœno, virētiq́, ſemper ingenio (vt Iouius ſcribit) annos 72

Andreas Matthæus, Aquauiuius, illuſtri familia ortus, & tam

in

in bellis, quam artibus clarus, ſemel in bello captus, qui tetri carceris calamitatē, ſtudiorum ſolatio leniuit, poſteaq; liberatus, & priſtinæ fortunæ reſtitutus, tandem fato functus anno ætatis 72.
Iouius

Vrbanus VI. Pontifex 72.

Carolus Magnus, ad quem primùm Imperij Romani titulus & dignitas à Græcis Imperatoribus tranſlata eſt, varia ac diuerſa bella geſſit, periculoſiſſimū cum VVedekindo & Saxonibus, quod durauit annos 30. donec eos ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam coëgit mortuus eſt Aquiſgrani, cum dies ſeptem ægrotaſſet ex pleuritide, Anno Domini 814. die 28. Ianuarij, cum imperio præfuiſſet 13. annos, vnum menſem dies 4. ætatis anno 72.
Eginardus.

Rudolphus Habsburgenſis, ex cuius proſapia Hiſpanica & Auſtriaca familia orta, mortuus eſt Spiræ, Anno domini 1291. vltimo Septembris, annum agens 73. Ergo per aliquot menſes tantum exceſſit 72.

Matthæus Magnus Vicecomes Dux Mediolanenſis vixit annos 72.
Panuinius.

Baſilius Porphyrogenitus Imperator Bizantinus 72
Carion.

Elector Albertus Marchio Brandenburgenſis, Achilles Germanicus dictus moritur in electione Maximiliani I. anno ætatis 72

Philippus Bonus Valeſiæ ſtirpis Burgundiorum princeps, his poſtquam à patris morte 48. annos ditionibus hæreditarijs præfuiſſet, obijt non ex morbo incontinentia aſcito, ſed corpore iuſtæ ætatis pleno decurſu confecto, ætatis anno 72.
Heuterus.

Fridericus 3. Elector Saxoniæ deſignatus rex Romanorū, vixit menſes 3. dies 9. & annos 72.
obijt 17. Ianuarij. Chemnitius.

Actius Sincerus Sannazarius vixit annos 72.
mortuus Anno Domini 1530. vt ex monumento extra Neapolin in monte Pauſilipo ei erecto conſtat: Cui additi ſunt hi verſus:

Da

Da ſacro cineri flores, hic ille Maroni
Sincerus Muſa proximus vt tumulo.

Henricus Buchholtz D. Theodorici Arndes Epiſcopi Lubecenſis ex ſorore nepos, natus Hāburgi in honorata & veteri familia LL. Doctor, Epiſcopus Lubecenſis, & Præpoſitus Hamburgenſis, cum fugeret belli tempeſtates imminentes, moritur in patria, in ſororum complexu, anno ætatis 72
Anno Chriſti 1535. 8. die Martij.

Henricus Dux Megapolitanus Iuſtitiæ & pacis cuſtos in ſuis terris fidiſſimus, obijt anno Domini 1552. die 6. Februarij anno completo 72

Caius Ranzouius frater Iohannis Ranzouij, Dominus in Hanrovv, VVetkamp & Cherebu, obijt anno Domini 1560 cum vixiſſet annos 72
& aliquot menſes

Iohannes Brentius Theologus, moritur Studgardiæ 12. Septembris, anno Domini 1570. vixit annos 71. menſes 2. dies 18. Ergo perijt annum agens 72

Vdalricus Mordeiſius, quondam Cancellarius Auguſti Electoris Saxoniæ, ab eodem in propria domo captiuus detentus tandem ſubitò ac miſerè perijt 72

Georgius VVicelius, paululum exceſſit annum 72
Callidius.

Iohannes Ranzouius, Dominus in Bredenberg, pater Henrici & Pauli, cuius virtus fidesq́; domi militiæq́; cognita fuit, tribus regibus Daniæ Friderico primo, Chriſtiano III. & Friderico II. Etſi vixerit annos 73. & menſem 1. tamen morbus eius incepit, ex quo nunquam conualuit anno 72
obijt die 12. Decembris.

Anna VValſtorpia, eius vxor, ſimiliter piè mortua eſt anno ætatis 72
die 29. Decembris. Vixit autem poſt obitum mariti 16. annos, & vidit filios, nepotes ac pronepotes 48. relinquens ſuperſtites 42

Georgius Maior, Theologiæ Doctor VVittēbergæ, anno Domini 1574. die 28. Nouembris annum agens 73. Bucholzerus. Ergo per

per aliquot menſes annum ſuperauit 72.

Iohannes Aluarus Cardinalis Hiſpanus ſuperauit per aliquot menſes annum 72

Barnimus Dux Pomeraniæ Bugiſlai filius obijt placidè in arce Adersburg 72

Cornelius Muſius Delphenſis, poëta laureatus, ſacrarum Virginum ad S. Agatham præfectus, ab hoſtibus captus, & miſerè trucidatus eſt, annos habenl 72. Eitzingerus 72

Georgius Erneſtus Princeps Hennenbergenſis, vltimus eius familiæ, mortuus, annum agens 72. & 7. menſes, cuius familia fuit clara, tempore Caroli Magni, in eius quippe hiſtoria, mẽtio fit Popponis, & Henrici, Comitum Hennenbergenſium, Hi enim ſororem Hademundam Aribodomino de Balinckſtede, & Aſchanien, matrimonio coniunxerunt, effecerunt q; vt in gratiam à Carolo, cum nõnullis alijs principibus Saxonum, reciperetur. Obijt anno 1583. 15. Decembris.

Chriſtophorus VVrisbergius nobilis Brunſuicenſis & ductor peditum Caroli V. à quo ſemel captus fuit, quod Duci Erico Brunſuicenſi dimicanti cũ hoſtibus in tempore auxilium non tuliſſet, mortuus anno ætatis 72

Hi anno 54. Enneatico 6. perierunt.

AMazius Rex in Iudæa occiſus ætatis 54

Antiochus VIII. de matris inſidijs per indicium edoctus, Venenum ſibi præparatum à matre, illam ebibere coëgit: atq; eodem ſcelere mox ipſe vſurus contra Cizerum fratrem bellum eius attraxit, interfectus fraude Heracleonis 54

Demetrius filius Antigoni, amiſſa Aſia à Seleuco genero captus eſt, apud quem captiuus, anno tertio moritur, cum natus eſſet annos 54

Herodes Agrippa, ab angelo Dei percuſſus & à vermibus deuoratus, perijt ſeptimo anno regni, ſuæ ætatis vero 54 *Ioſephus.*

Vitellius Imperator, natus patre ter Conſule mentem habuit crudelem, natura ſæuus, gulæ, luxuriæq; deditus, pronus ad cuiuſq; &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

quacunq; de cauſa necem: Et fuit auarus cum profuſione Veſpaſiano aduerſante à militibus per ſcalas Gemonias tractusn, umeroſis ictibus confoſſus perijt, natus 4. menſes & annos 54
8. die Octobris aut 3. die.

Macrinus Imperator natus humili loco, homo faſtuoſus, arrogans, & ſanguinarius, vnde domeſtici illum non Macrinũ, ſed Macellum vocabant, quod macelli ſpecie domus ipſius cruentaretur. occiſus cum filio Dracludemone à proprijs militibus menſe Iunio, ætatis 54.
Diodor. Valentinianus.

Bodeſlaus Dux Polonorum 54

Paulus II. Pontifex vixit annos menſes 5. dies 3. annos 54

Fuit Venetus Petrus Barbus dictus, natus ex ſorore Eugenij 4. Fridericum Imperatorem Romæ ſuſcepit, Borſium Marchionem Eſtenſem Ferrariæ ducem conſtituit: Apoplexia mortuus, & ſolus inuentus in cubili 54

Philippus Maria, Dux Mediolanenſium, quo nullus huius Ducatus princeps felicior aut potentior fuit, quiq; tres reges vna vice captiuos habuit, obijt idib. Auguſti anno 54

Andronicus Iunior, Conſtantinopolitanus mortuus anno 55. vix excedens 54
cum ante 20. annos vrbem imperatricem Conſtantiuopolin belli iure occupaſſet: & auum Andronicum Maiorem imperio eieciſſet, & monaſterio incluſiſſet.
Nicetas.

Antonius Vrceus Codrus, qui multa ſcripta edidit 54

Georgius Fronsbergius clarus Dux Maximiliani & Caroli V. qui in 20. conflictibus ſemper honorificam victoriam obtinuit, obijt 54
20. die Auguſti. Henric. Panthal.

Seraphinus medicus celeberrimus, ac omnium diſciplinarum doctrina præditus, præſcita prædictaq; die & hora mortis conſtantiſſimè obijt. 9. Calendas Septembris, Anno Christi 1538. anno ætatis 54
menſe 7. die 23.

D. Io-

D. Iohanes Aepinus Eccleſiæ Hamburg. ſuperintendens 13. die Maij. 54

Hermannus Tullichius Rector ſcholæ Luneburgenſis obijt anno Domini 1540. die 28. Iulij ætatis 54

Iohannes Stadius Belga Mathematicus, obijt Pariſijs, pridiè Calendas Nouemb. Anno domini 1579. vixit annos 53. Ergo mortuus anno ætatis. 54

Iunctinus.

Vitus Amerbachius VVeindingenſis, qui ſcripſit libellum de anima, Ingolſtadij obijt 13. Septembris anno ætatis 54

Andreas Oſiander 17. Octob. Regimonti ætatis 54

Bucholzerus.

Thomas VVitelsbach, Theologus & profeſſor Baſilienſis acris ingenij 54

Chriſtophorus dux VVirtenbergenſis, Vldarici, olim ex ducatu eiecti, & à Philippo Landgrauio reſtituti, filius mortuus 54 *Anno domini 1568. die 28. Decemb.*

Caſparus Colignius Franciæ quondam Admiralius, Pariſijs anno Domini 1572. cum multis alijs, cum nuptiæ cruentæ Regis Nauarræi celebrarentur, interfectus eſt, cùm vixiſſet annos 53. menſes 6, dies 8. perijt igitur anno vitæ ſuæ 54

Pompeius Columna, Cardinalis, Prorex Caroli V. in regno Neapolitano, poſt comeſtas ficus biferas aqua refrigeratas, in complexu Auguſtini Niphi Philoſophi experauit, anno ætatis 53. Ergo non multum abfuit ab anno 54

Iouius

Hi anno 45 Enneatico 5. periere.

EVmenes, Cancellarius Alexandri Magni primo à ſuis proditus Antigono, deinde interfectus anno 45

Aſtartus filius Baleaſtarti & Rex Tyri, vixit annos 44. Ergo obijt 45

Baſezorus, Rex Tyri anno 45

Ioſeph.

Carneades nouæ Academiæ princeps 45

Domitianus filius Veſpaſiani diſsimilis patri & fratri, crudelis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſuſpicax, obſcenus & rapax, pro Deo ſe coli volens, Chriſtianorum acerrimus hoſtis quemlibet delatorem facilè admittens, tandem omnibus exoſus, coniuratione interfectus à cubiculariјs, confoſſus 7. vulneribus, vxore & familiaribus coniurationem non ignorante, die 18. Septembris hora 5 mane, anno ætatis 45

Aurel. Victor. Philoſtratus.

Honorius Imperator natus annos 44. Ergo obijt, aqua intercute, agens annum 45

15. Auguſti.

Conſtantinus filius Conſtantini Magni, moritur apoplexia, dū Iuliano cum infeſto exercitu occurrit, anno ætatis 45

3. Nouembris. Socrates. Marcellius. Ruffinus.

Philippus Macedonum Rex occiſus annum agens 46. Diodorus & Iuſtinus, Ergo annū Enneaticum, per aliquot menſes exceſsit 45

Guilhelmus Primus, malus cognominatus Rex Siciliæ mortuus anno Domini 1166. ætatis 45

Guiſcardus.

Andronicus Minor Imperator Conſtanti, mortuus ætatis 45

15 Iunij.

Zyzimus Baiazetis Turcarum Imperatoris frater, ab Alexandro Pontifice veneno potionatus Gallorum regi Carolo traditur, & poſt triduum mortuus anno ætatis 45

Ex hiſtoria ordinis Iohannitarum.

S. Franciſcus princeps ordinum Minorum, quorum monaſteria recenſebantur, 1743. obijt Aſsiſij anno ætatis 45.

2. die Octobris.

Cæſar Guntherus de Svvartzburch veneno extinctus circa Calendas Auguſti vixit annos 45

Carolus dictus Bellator Dux Burgundiæ Caroli V. Imperatoris proauus, ad Nanſeium victus & occiſus à Renato Duce Lotharingiæ & confœderatis Heluetijs, Anno domini 1477. nonis Ianuarij, annos natus 44. menſem 1. dies 25. Ergo perijt 45

Pontus.

Alexander Rex Polonorum, Sigiſmundi frater, obijt anno ætatis 45

VVilnæ

VVilnæ, ibidem & ſepultus: die 19. menſis Auguſti.

Erneſtus dux Saxoniæ, Elector anno 1486. 26. Auguſti, annum agens 45

Iſmael Perſarum Rex cum Selymo conflixit, Anno domini 1514. Cal Septemb. in Campis Calderanis, qui poſtea 44. annos natus cõtracto ex aſperrima venatione fatali morbo, ſupremum diem obijt. Ergo perijt annum agens 45
Petrus Bizarus.

Alhatemus ſucceſſor Pſeudoprophetæ Mahometis, ſextus Hali filius, moritur Imperij ſui menſe ſexto, ætatis anno 45

Nicolaus Ardingellus Florentinus, perijt natus menſ. 5. dies 10. annos 44. Ergo perijt anno 45

Huldericus Zuinglius, interfectus in bello 11. Octobris, ætatis anno 45

Frater Hieronymus Sauanarola, vir excellenter doctus, mandato ſummi Pontificis Florentiæ combuſtus eſt, cum vixiſſet annos 45
& aliquot menſes.

Leo Decimus ex Medicea familia Pontifex moritur toxici (vt creditur) violentia conſumptus, natus annos 45
& aliquot menſes Calend. Decembris.

D. Paulus Fagius Theologus, moritur in Anglia, anno ætatis 45
13. Nouembris: Ebraicè præclarè doctus.

Dionyſius Briſgellus, perijt & Venetijs ſepultus cum hoc Epitaphio, Imperator, ductor, eques, miles, Dionyſij Naldi conduntur oſſa: anno domini 1510. anno ætatis 45

Petrus Aloyſius, Parmæ & Placentiæ dux, Pauli III. Pontificis filius, occiſus eſt in proprio domicilio & è feneſtra ſuſpenſus anno ætatis 44. cùm tantùm tres menſes abeſſet ab Enneatico. 45

Georgius princeps Anhaldinus, Epiſcopus Mersburgenſis, Præpoſitus Magdeburgenſis ætatis 45
& menſ. 2. die 17. Octobris

Victorinus Strigelius, primum propter diſputationem religionis captus, poſtea liberatus 45

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Odetus de Caſtilione, Caſparus de Coligni Admiraldi, qui in laniena Pariſienſi anni 1572. eſt interfectus frater, Epiſcopus Beluacenſis, ac Par Franciæ, Diaconus Cardinalis, obijt in Anglia anno ætatis 45
quem per aliquot menſes exceſſit.

Ioſias Zillerus, Theologus 45

Anna Regina Vngariæ, Ferdinandi regis Romanorum coniunx, Soror Ludouici, extinguitur in partu filiæ, quæ fuit 15. proles 27. Ianuarij, ætatis 44. Ergo non multum abfuit ab anno 45

Philippus Comes Palatinus ad Rhenum, moritur Anno 44. à quo defenſa eſt Vienna contra Solimannum Turcam, cum vicies eam oppugnaſſet, & perdidiſſet 60. millia hominum, tantum quinque menſes & 27. dies abfuit ab 45

Iacobus Friſchinus, moritur Tubingæ anno Domini 1566. ætatis 44. die 26. Decembris. Ergo annum agens 45
in Epicedio filius.

Antonius Rex Nauarræ, & Dux Vandomiæ, obijt morte violenta globo interemptus, Anno Domini 1562. anno ætatis 45
Iunctinus.

Ludouicus Comes Palatinus Elector, mortuus Heidelbergæ anno ætatis 45
cum nonnullis menſibus 12. die Octobris. Anno 1583.

Hi anno 36. Enneatico 4. obierunt.

AChas Rex in Iudæa, filius Ionathan 36

Timochares, Alexandrinus 36

Ottho Imperator Romæ natus anno Chriſti 33. ſeipſum occidit, prælio victus à Vitellij ducibus Debriaci, vixit annos 36
& menſes 11.

Harminius dux Cheruſcorum, à ſuis cognatis dolo Tiberij Imperatoris conductis domi interfectus eſt, annum ætatis ingreſſus 37. cum vix exceſſiſſet 36

M. Brutus rebus deſperatis, & ſecundo prælio victus à Cæſare & Antonio, à Stratone, Bruto poſtulante, interfectus eſt, excedens

per

per aliquot menſes annos 36

Valentinianus Auguſtus Honorij Imperatoris è ſorore Placidia nepos, Romæ in campo Martio, ab AEtij ſatellitibus confoditur, ætatis 36

Sigonius.

Theodoricus Laſcharis, Imperator Conſtantinopolitanus, obijt anno ætatis 36

Childebertus II. Rex Auſtriæ & Aureliorum, vna cum coniuge eodem die obijt anno ætatis 36

AEmilius Paulus Papinianus præfectus prætorio, Iuriſconſultus, vixit annos 36

dies 10. menſ. 3. Vt ex eius monumento Romæ erecto conſtat.

Henricus V. Rex Angliæ, moritur ad Vincenarum ſaltum prope Lutetiam non ſine veneni ſuſpicione pridie Calendarum Septembris, anno ætatis ſuæ 36

Polydorus.

Premeſlaus Dux Magnæ Poloniæ, obijt anno ætatis 36

Guilhelmus II. quem bonum appellabant, Rex Siciliæ, qui Ioannam Angliæ Regis filiam habuit in vxorem, mortuus Panormi, anno Domini 1189. anno ætatis 36

Sicula hiſtoria.

Camillus Triuultius occiſus ictu tormenti bellici 36

Hercules de Strozis, Poëta celeberrimus, interfectus anno ætatis ſuæ 36

cum nonnullis menſibus. Iunctinus.

Comes Gerhardus de Robertis Ferrarienſis decapitatus fuit, anno ætatis ſuæ 36

cum nonnullis diebus. Iunctinus.

Borbonius Romam oppugnans bombarda traiectus dicens, Væ tibi Roma & mihi, perijt 36

Fridericus Dux Saxoniæ Alberti filius, Teutonici ordinis Magiſter 33. pulſus à Polonis, perijt Rochlitij in exilio, anno ætatis 36

die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

die 14 Decembris anno domini 1510

Huldericus Dominus Rappolstein dux exercituum 36

Hadriana Saxona Pontani vxor vixit annos 36 *menſes 6. Ex monumento Neapolit.*

Huldericus ab Hutten Francus ex antiqua Huttenorum familia oriundus, artium & linguarum peritus, poſtmodum ob virtutes ſuas domi militiæq; præſtitas factus eques auratus, carmine & enſe potens periȷt ſecundum Eraſmum in Spongia 29. die Auguſti anno ætatis 36

Iohannes Moiebanus Medicus & Aſtrologus excellens vixit vt ex Cratone Medico Ferdinandi colligitur annos 35 *menſes 2. dies 16.*

M. Iohannes Sturio Ecclſiaſtes VVittenbergenſis, vir optimus & bonis omnibus charus moritur anno ætatis 36 *anno Chriſti 1561.*

Henricus ſenior Comes Miſnenſis obiȷt Anno Domini 1568. 24. Decembris ætatis 36

Henricus Iunior Comes Miſniæ, & Dominus de Plavven & Geravv obiȷt anno Domini 1572. die 22. Ianuariȷ ætatis ſuæ 36

Henricus Dux Saxoniæ, Archiepiſcopus Bremenſis, Oſnaburgẽſis, & Paderbornenſis Epiſcopus. Anno 1585. die 22. Aprilis ſtylo antiquo moritur, ætatis ſuæ anno 36

Hi anno 27. Enneatico tertio oppetierunt.

IMperator Cæſar Flauius Valerius Conſtantinus Iunior occiſus tumultu militari prope Aquilegiam vixit annos 27 *Onuphrius.*

Conſtans filius Conſtantini Magni interficitur à Magnentio duce Gayſone non procul ab appido Helena Pyrenæo proximo, anno ætatis 27 *Aurel. Victor.*

Carolus Octauus, qui regnum Neapolitanum ſubegit apud Ambroſiam oppidum, ex ludo paruulæ Spheræ rediens, ſubito animi deliquio correptus, mortuus eſt anno ætatis 27 *in fine eius anni. Nam ſi adhuc vixiſſet dies 22. annum Climactericum*

ricum vigeſimum octauum ingreſſus eſſet.

Iohannes de Saluiatis Florentinus, Epiſcopus Ferrarienſium, perijt anno 27
menſe 3. die 1.

Iulia L B. Priſca, vixit annos 27
vt ex Epitaphio Romæ prope forum Iudæorum poſito conſtat, & additum eſt, quod nihil vnquam peccauit niſi quod mortua ſit.

Sigiſmundꝰ filius Alberti III. Electoris Brandenburgenſis, qui fuit dominus Voitlandiæ, perijt 23. Februarij anno ætatis 27

Ioannes Fridericus Iunior, mortuus Ienæ Anno Domini 1565. die 31. Octob. anno ætatis 27
Eberus.

Philippus Ludouicus Comes Hannauienſis & Reineccenſis, dominus in Mintzenberch 27
anno domini 1580. VVeiſſenberg.

Carolus princeps Anhaldinus mortuus anno ætatis 27
anno Domini 61.

Gerhardus Ranzouius, Pauli filius, enſe traiectus in ſingulari certamine, ab alio nobili, agens annum 26. abfuit tantum, per duos menſes ab 27

Lucano Poëtæ, propter coniurationem Piſonianam, Nero cædem imperauit, quare venam ſibi ſecandam præbuit. Maſiliam matrem inter conſcios nominauit promiſſa impunitate, annum Enneaticum agens 27

Balthazar Zerach, nobilis, Principis VVilhelmi Aurantij interfector, à quo ſupplicium ſumptum, & à cuius corpore caput præciſum, haſtæ iuxta vrbis Delfenſis mœnia infixum eſt, circa annum ætatis 27

Hi anno 18. Enneatico 2. obierunt.

IOachim Rex Iuda, filiꝰ Ioachimi Regis, abducti à Nebucatnezero Rege Babyloniæ, vixit annos 18
& 3. menſ. 2. Regum, cap. 24. Daniel & Ioſephus.

Popilia Felicula, Pia, Sancta, chara ſuis, vixit annos 18
ex monumento Romæ apud Vrſinos.

Saluia Daſna vixit annos 18
ex monumento in aſcenſu Quirinalis montis in vinea Matthiæ Morelli Romæ

Viria Primitura vixit annos 18
menſem 1. dies 26. Ex monumento etiam Romæ poſito

Apoloniæ ipſo flore iuuentæ rapuerunt fila ſorores annos poſt decem & octo ex monumento Oſtiæ

Ludouicus IIII. Imperator mortuus anno domini 912. die 21. Ianuarij, vix aſſecutus annum 18

Auitus Pſeudo Antonius ſiue Sardanapalus interfectus & ad cloacas deportatus anno ætatis 18
Lamprid. Herodia. Dion.

Auguſtus Cæſar conſul creatus eſt agens annum 18
quod nemini antea contigerat. Cuſpinianus.

Hermannus filius Rudolphi Imperatoris ſubmerſus in Rheno, cum 14. nobilibus anno ætatis 18
fracta glacie 20. Decembris Anno domini 1288.

Ladiſlaus Rex Vngariæ ac Bohemiæ, Alberti Imperatoris filius poſthumus, & Sigiſmundi Imperatoris ex filia nepos, morte ſubitanea cum ſponſam expectaret Caroli Francorum regis filiam, veneno vt quidam volunt perijt, ac intra horas 36. ſanus, viuus & mortuus fuit, & diſceſſit die 21. Nouembris anno ætatis 18

VVenceſlaus Iunior Rex Bohemiæ traijcitur gladio, anno ætatis 18

Ludouicus Petri II. filius, Rex Siciliæ obijt Anno Saſutis 1355. die 16. Octob. cum præfuiſſet regno 12. annos adeptus id anno ætatis 5. & ſeptimo menſe, & ſic perijt anno Enneatico 18

Margareta Roſenkrantzia ex nobili Danica familia, obijt anno ætatis 18

Hugo à Maxen Luſatius, genere & virtute nobilis, anno ætatis 18
Chemnicius.

Angela Curionea nobilis puella peſtilentiæ ardore triduo conſum-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſumpta ad Chriſtum migrauit, anno domini 1564. 4. Non. Aug. ætatis 18

Probina Gracilis coniunx, vt ex Epitaphio Romæ in Quirinali colle conſtat, vixit annos 17. menſes 10. dies 20. Ergo periјt ætatis 18

Ioannes Ranzouius, Henrici regij in Holſatia Vicarij filius periјt Heidelbergæ peste, cum ſe eódem vnà cum illuſtriſsimis Holſatiæ principibus Friderico & Philippo contuliſſet, anno Domini 1582. die 17. menſis Octobris, qui ſi adhuc 4. menſes vixiſſet, ætatis annũ Enneaticum attigiſſet 18

Eliſabetha filia D. Huſani nata eſt Suerini 11. Nouembris inter horam 1. & 2. ſublucanam, anno domini 1570. mortua 28. menſis eiuſdem vixit 18

Chriſtophorus Alfeldius Borchardi filius, obijt Luneburgi, anno domini 1572. Sept. 27. ætatis annum agens 18

Ida Ranzouia, Mauritij filia, obijt ſponſa anno Domini 1580. 23. Ianuarij, Anno ætatis ſuæ 18

Hermannus Carstenius, Hermanni filius, Lubecenſis ſtudioſus, obijt Rostochij, vt ex monumento D. Mariæ constat. Anno ætatis 18

Catharina nata ex familia Ducum Bruinſuicenſium & Luneburgenſium, coniux Henrici Burchgrauij Miſnenſis, & Domini in Plavven & Geravv, occubuit anno domini 1565. 10. die Decemb. Aetatis agens annum 18

Bruno.

Hi anno 9. Enneatico primo perierunt.

Dionyſia Verna vixit annos 8. menſes 11. dies 15. Ergo periјt anno ætatis 9

Romæ ex Epitaphio, cui additi ſunt hi verſus:

Quod ſi longa tuæ manſiſſent tempora vitæ,
Doctior in terris nulla puella foret.

Hannibal obstrinxit ſe iuramento, cogente patre Amilcare, ſe hostem populi Romani moriturum, natus annos 9

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Polyb ius, Liuius & Aemilius Probus
Succeſſus vixit annos 9
menſes 4. dies 15. vt conſtat ex Monumento, à Cæſia Gemella matre, filio poſito.
Albertus filius Ioannis Comitis Mansfeldenſis anno vix completo 8
perijt, Anno domini 1566. 6 Februarij.
Spangenbergius.

Sequentes perierunt, anno 49. Hebdomatico 7.

LVcius Craſſus orator (vt Cice. refert li. 3. de orat.) perijt anno ætatis 49
die 20. Septemb. Eberus.

Cato Pompeij partes ſecutus, Vticæ ſeipſum interfecit, poſtquam Iulius Cæſar, Scipionem & regem Iubam ſuperaſſet, anno ætatis 49

Theodoſius Imperator Conſtantinopolitanus vixit annos 49
menſ. 3. & dies 19. genere Hiſpanus, originem à Traiano principe trahens.

Honorius Imperatoris Theodoſij filius Imperator, vixit annos 49
menſ. 11. dies 7. obijt Romæ

Alexander Rex in Iudæa, cùm per aliquot annos febre quartana laboraſſet, obijt anno ætatis 49

Tamerlanes Magnus Schytarum Imperator, obijt ante annum 50. ætatis: auctore Petro Perendino Patrenſe. Ergo vt ego opinor, obijt anno ætatis 49
Anno domini 1402. die 27. Ianuarij. Cuſpin.

Ladiſlaus Iagellonus rex Poloniæ, anno ætatis 49

Conradus Celtes primus Poëta in Germania, mortuus Viennæ, 4. die Feb. anno Domini 1508. Vixit annos 49
& dies 3.

Tho-

Thomas Aquinas, ordinis Prædicatorum, ex illuſtri comitum familia in Campania, diſcipulus Alberti Magni, obijt anno ætatis ſuæ 48. Ergo non multum abfuit ab anno 49
Sixtus Senenſis.

Stephanus Rex Angliæ, moritur anno domini 1154. 8. Calend. Nouemb. Annum agens 49

Imperator Andronicus tertius Palæologus, vixit annos 49

Ioannes Intrepidus, dux Burgundiæ, contra datam fidem à Delphino Franciæ eſt inſidiosè interfectus, ætatis ſuæ anno 48. tertio idus Septembris, quare aliquot menſes abfuit tantum ab anno 49
Pontus.

Nicolaus de Rudolphis Cardinalis Florentinus, ditiſſimus ex directione Horoſcopi ad oppoſitum Saturni vt Gauricus, vult 49

Rex Ioannes Legionis & Caſtiliæ 49

Camillus Palliotus Bononienſis, Poëta elegantiſſimus, Orator facundiſſimus, Græcarum literarum non ignarus, perijt in gymnaſio Felſineo, anno ætatis 49
Gauricus.

Ioannes Paulus Baglionus Peruſinus, in mole Adriani fuit decapitatus, iuſſu Leonis X. anno 49
Iunctinus.

Bartolus, ſpeculum & lucerna Iuris, in quo, vt aiunt doctores, fuit ſubſtantia veritatis, moritur, cùm egreſſus annum Climactericum, inchoaſſet quinquageſimum anno Chriſti 1353.

Palmerius illum anno ætatis ſuæ 56. mortuum ſcribit.

Frater Cyriacus ſeruorum ordinis in arce Cremonæ ſeipſum interfecit, vix annum 49
excedens, Iunctinus.

Iohannes Oecolampadius, trium linguarum peritiſſimus, Baſileæ mœrore occubuit Cal. Decemb. anno ætatis 49
Bodinus. Buchol.

Balthaſarus Ranzouius, Epiſcopus Lubecenſis & Præpoſitus Sleſuicenſis, in Arce Epiſcopali Coldenhauen, ab inimicis Regis Da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

niæ Chriſterni III. cuius Senator fuit, vt pecuniam ab ipſo extorquerent, captus, mortuus eſt anno domini 1547. anno ætatis 49
Cum Epiſcopatui præfuiſſet annis 11.

Iacobus Bordingus, Antuerpiæ natus, Regius Danicus Medicus 49

Ioannes Functius, qui in publicis ſtudijs propter ſupputationes Chronologicas benè eſt meritus, capite truncatus Regimonti anno Domini 1566 die 28. Octobris. Cum ſe imprudenter negotijs Reipub. immiſcuiſſet 49

Modeſtinus Piſtorius I.D. profeſſor ac Conſul Lipſenſis 49

D. Ioannes Schnedevvein Iuriſconſultus, qui adidit commentarios in Inſtitutiones, anno ætatis 49
obijt Zerueſtæ apoplexia, alij ætatis 51. die 4. Decembris, anno Domi mini 1568.

M. Ioachimus Matthæus paſtor Grumbergenſis, obijt die Septēbris anno ætatis 49

Simon Grynæus Theologus, natione Sueuus, mortuus anno 48. men. 5. Ergo obijt anno 49

Ioachimus Eichorn, Abbas in Einſidel, obijt anno ætatis 49
Panthaleon.

Mareſchalcus S. Andreæ, occiſus in prælio die 19. Decembris anno ætatis 49
Iunctinus.

Erneſtus Senior, Dux Luneburgen. 11. Ianuarij, ætatis 48. perijt ergo anno 49

Erneſtus Dux Saxoniæ, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Halberſtadenſis Adminiſtrator, vixit Menſes 1. dies 10. annos 49
obijt 3. Auguſti, vt conſtat ex monumento, quod ipſe viuus ex ære poſuit, vt poſteris pietatis & amoris ſui memoriam relinqueret.

Alexander Achillinus, Bononienſis Philoſophus (vt Gauricus ſcribit) obijt Bononiæ die 2. Auguſti anno ætatis 49

Ni-

Nicolaus Comes Serini 7. Septembris in ipſis portis arcis Sigethæ à Solimanno Turcarum Imperatore obſeſſæ, tribus globis percuſſus à Ianitzeris viriliter pugnans perijt, anno Domini 1566. cùm vixiſſet annos 48. vt ex eius conſtat Epitaphio, quod extat in monaſterio Diuæ Helenæ. Ergo interfectus annum agens 49

Quidam fecit illi tale Epitaphium.

Seruatæ à me diu nunc me ſeruabitis, inquit
Arces, & pugnans Serinus occubuit.
I modo te iacta quantum vis Roma, Liburnis
Sunt & quæ mortem pectora deſpiciunt.

Hermannus Vechteldus patritius Brunſuicenſis I.V.D. & in Lubecenſium Repub. Conſul, vixit annos 49
Menſ. 4 dies 14. vt in ipſius Epitaphio Lubecæ legitur.

Iohannes à Burcken, LL. Doctor Francofurti ad Oderam, obijt 24. Nouemb. anno ætatis 49

Abdias Prætorius VVittēbergæ, obijt 9. Ianuarij, anno ætatis 49
Anno Domini 1573.

Iohannes Albertus Dux Megapolenſis, Vldarici frater princeps literatus, & amator Aſtrologiæ, obijt 12. Februarij anno Domini 1576. ætatis 49

Marcus Anthonius columna, nondum quinquageſimum ætatis annum attingens ingentis colubrinæ pila ictus, occubuit 49
Iouius.

Maximilianus Secundus, Imperator filius Ferdinandi, gener Caroli V. pater Rudolphi II. Cæſarum, mortuus eſt Ratiſponæ in Comitijs, natus annos 49
Menſ. 2. dies 10. Anno Domini 1576. 12. Octob.

Simon Grynæus Baſilienſis Academiæ Profeſſor Baſileæ, obijt ex peſte anno Domini 1541. ætatis ſuæ 48. Cal. Auguſti. Ergo non multum abfuit ab anno 49
Beza.

Conradus Geſnerus, Philoſophiæ Profeſſor in Academia Tygurina, intimorū naturæ, arcanorūq́ peritiſſimus, obijt an. dom. 1556.
die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Die 13. Decemb. anno vitæ ſuæ 49
Beza.
Erneſtus Dux Luneburgenſis moritur Anno Domini 1546. 11. Ianuarij, annum agens 49

Hi anno 56. perierunt, hebomatico 8.

Saturnus fundator Babyloniæ obijt anno ætatis 56
Beroſus.

Nimrod imperio Babylonico præfuit annis 56

Dion Syracuſanus, qui Dionyſium ex Sicilia eiecit, interfectus eſt anno ætatis 56

Cephrenes Rex fuit Aegypti annos 56
Herodoto teſte lib. 2.

Romulus primus Rex Romanorum, qui ciuitati nomen indidit, Sabinos in vrbem recepit, Centum Senatores à pietate, Patres appellauit: tres equitum centurias inſtituit: plebem in triginta curias diſtribuit, aut interfectus à ſuis, aut igne cœleſti conſumptus 1. Iulij, completo anno 55
Solinus. Liuius. Dionyſius.

Manaſſes 13. Rex in Iuda præfuit regno annis 55. 4. Reg. 2. Ergo regnauit vſq; ad annum 56

Pigmalion Rex Tyri perijt anno ætatis 56
Ioſeph.

Pub. Scipio Africanus minor in lecto mortuus inuentus, & vt Victor ſcribit, obuoluto capite elatus eſt, ne liuor in ore appareret. Cicero in eiuſdem ſomnio: Nam cum ætas tua ſeptenos octies ſolis anfractus reditusq; conuerterit, duoq; ij numeri, quorum vterq; plenus, ſummam tibi fatalem confecerint. Carthaginem intra 6. menſes deleuit, Numantiam fame vicit. *Florus.*
Velleius Paterculus.

Iulius Cæſar deuicta Gallia, Alexandria, Ponto, Africa & Hiſpania 40. Elephantis triumphans vrbem ingreſſus, Dictaturamq; gerens, conſpiratione Caſſij, & Bruti in curia Pompeij XXIII. vulneribus acceptis occubuit, die 15. Martij.

Auctor Romani Iulius Imperij.

Vixit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Vixit annos 55. menſes 8. dies 4. ſepultus in campo Martio. Dion & tabulæ Capitolinæ, & per omnem vitam quinquagies collatis ſignis cum hoſtibus dimicaſſe dicitur.

Pompeius Magnus, qui Sertorium vicit: piratas intra quadrageſimum diem ſubegit: Tigranem ad deditionem, Mithridatem ad venenum compulit. Cæſarem exercitum dimittere iuſsit, mortua prius Iulia Cæſaris filia, coniuge ipſius, qua morte diſſoluta eſt Pōpeÿ & Cæſaris coniūctio, & egreſſus annum ætatis per aliquot mēſes 56
bellum ciuile agitare cœpit: Sed ſuperatus à Iulio in campis Pharſalicis, cum in Aegyptum ad Ptolomæum fugeret, cuius patrem exulem in regnum reduxerat, & multis beneficÿs affecerat, ab ipſius miniſtris perfidè in conſpectu vxoris Corneliæ trucidatur, Calend. Octobris & natus prid. Cal. Oct. vt Plinius ſcribit.

M. Antonius Triumuir cum Octauio & Lepido multos nobiles Romæ proſcripſerunt, & interfici curarunt Brutum, Caſsiumq; interfectores Cæſaris bello perſecuti ſunt.

Tandem inter ipſos diſſenſione orta, Antonius ab Octauio in Actiaco littore victus, deinde in vrbe Alexandria obſeſſus, cum aliquoties infeliciter dimicaſſet, & ei falsò nunciatum eſſet, Cleopatram ſibi conſciuiſſe mortem in habitu regio, & in ſolio regali ſedens ipſemet ſe interfecit, agens annum 56
ſermone fuit promptus, ſerendæ in alios inuidiæ artifex, diſcordÿs & ſeditionibus potens, raptor, largitor, ſed tamen bellandi gnarus, & nouarum rerum cupidus. Et cum Auguſtus Aegyptum ſuperauit menſe Auguſto, vt ex Oroſio & Macrobio conſtat: Antonius etiam ſeipſum menſe Auguſto interfecit, aut paulò poſt.

Auguſtus præfuit Imperio Romano 56
Quemadmodum & Henricus tertius regno Angliæ 56

Virgilius Poëta Brundusÿ moritur 56
alÿ ſcribunt 52. die 22. Septembris.

Horatius Poëta moritur anno ætatis 56
quanquam alÿ ſcribunt, vt Euſebius, illum hunc exceſsiſſe.

Tiberius Imperator ſuſcepit imperium anno ætatis 56

C. Iulius Agrippa præfectus in Britanniæ obÿt 56

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

13. Septemb.

Plinius 2. Veronenſis ſcriptor naturalis hiſtoriæ, ab Aetna ſuffocatus, craßiore caligine ſpiritu obſtructo, vt Caius Plinius Cecilius Iunior ad Marcum ſcripſit anno ætatis 56

2. die Nouembris.

Conſtantius Conſtantini Magni pater, quem genuit ex Helena filia regis Angliæ. Eboraci in Anglia moritur 56

Zonar. Niceph.

Monica, mater D. Auguſtini, vt ex Auguſtino conſtat lib. 9. Confeßionum cap. 11. 56

Paula Romana, quæ genus paternum duxit ab Agamemnone, Maternum à Scipione & Gracchis, in Bethlehem mortua eſt, anno 56

Superuixit tamen 8. menſes & 20. dies & obijt die 26. Ianuarij vt Hieronymus in Epitaphio Paulæ Tom. 1. annotauit.

Caigninus Cato, ex veteri Catonum familia oriundus, Romæ quinquies Flaminem Dialem, ter prætorem, bis cenſorem, ſemel dictatorem, quinquies conſulem geßit. Roſannam amauit Virginem veſtalem, filiam Cn. Curtij, ob quã exilio mulctatus maximo cum probro infamis, obijt anno ætatis 56

vt Aurelius Imperator in Epiſtola ſcribit.

Valẽtinianus Maior Imperator, apud Bergentionem legationi Quadorum reſpõdens, impetu ſanguinis voce amiſſa ſenſu integer expirauit anno ætatis 56

Nonnulli ſcribunt citius anno 54. 17. die Nouembris

Henricus IIII. Imperator, eo anno ætatis depoſitus ab Electoribus per filium, procurante id Pontifice, ac mortuus eſt 7. die Auguſti. Ac obſeruandum eſt, quod hoc ei contigit poſt patris mortẽ anno 49. poſtquam arma ſumpſerat 42. poſt matris mortem 28. Poſtquam à Clemente Romæ fuiſſet coronatus 21.

Hi anni omnes ſunt Climacterici. Corpus eius vt hominis excõmunicati, toto quinquẽnio Sarcophago lapideo incluſum extra tẽplum Spirẽſe inhumatum ſtetit, & ſepulturæ honore caruit. Nouies iuſtis prælijs cum Saxonibus conflixit, in quibus Rudolphus qui cõtra ipſum electus erat, occubuit amiſſa dextra, qua antea Imperatori

tori

tori ſuo fidem obligauerat. Egnatius ſcribit, illum cum hoſtibus ſuis 62. arma contuliſſe, fuit eloquens, rei militaris peritus & laborioſus, ſed in tota ſua vita multis ac varijs caſibus obnoxius, & præ mœrore mortuus.

Pharamundus I. Rex Franciæ incepit regnare anno ætatis 56

Conſtantinus VI. Copronymus Imperator obijt prope Conſtantinopolim in caſtello Strongilo 18. Calendas Octobris, vixit aliquot menſes & annos 56

Theophanes Bibliothecarius Ioh. Sonaras.

Nicephorus Imperator Conſtantinopolitanus interficitur à Ioanne Zemiſco, in palatio, ſciente propria vxore anno ætatis 56
Anno domini 969. 11. Decembris.

Attila flagellum Dei nominatus & in campis Catalaunicis fugatus, 162000 ab vtraq; parte cæſis obijt in nuptijs ſanguine ſuffocatus, armis inuictus, victus amore fuit. Marcellinus, Callimachus, Bucholzerus.

Simeon Monachus, qui vixit in ſeuero ordine, ita vt nominent illum Simeonem in columna, obijt 56
die nonarum Ianuarij. Calend. Eccles.

Caſimirus I. Rex Poloniæ anno 1194. in conuiuio quod proceribus inſtruxerat, hauſto mediocri potu ſubitò concidit, & paucis horis pòſt animam exhalauit, an morbo vel veneno interierit, incertum eſt, anno ætatis 56
Cromerus, Herburtus.

Fridericus II. Imperator Henrici VI. filius, capto ſuo filio à Bononienſibus, præ dolore in morbum incidit, & in illo à filio illegitimo, die Luciæ id eſt 13. Decembris, puluinari ſuffocatus eſt agens annum 57
Anno domini 1250. Hiſtoria Sicula.

Petrus Arragoniæ & Siciliæ Rex, conto letaliter in prælio contra Francos vulneratus obijt anno Domini 1286. 3. Idus Nouembris anno ætatis 55. Ergo non multum abfuit ab anno 56
Hiſtoria Sicula.

Ludouicus Caroli filius Rex Vngariæ anno ætatis 56

Dātes Alegerius poeta Florētinus Rauēnæ in exilio moritur an.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Chriſti 1321. ætatis 56
A Bernhardo Bembo, Petri Cardinalis patre Epitaphio eleganti honeſtatus.

Rudolphus Habsburgenſis in Imperatorem electus anno ætatis 56 ex cuius poſteris Carolus & Ferdinandus Cæſares nati ſunt, & domus Auſtriaca & Hiſpanica orta. Anno 1291. vltimo Septemb. moritur.

Ludouicus Rex Vngariæ ac Poloniæ mortuus anno domini 1382. die 13. Septemb. anno ætatis 56
regni 40. Pius ac religioſus. Mechouius.

Ludouicus XII. Rex Franciæ perijt anno ætatis 55. non multum abfuit ab anno 56
obijt 1. die Ianuarij anno domini 1514.

Carolus vtriuſq. Siciliæ Rex, Ludouici IX. regis Francorum filius, obijt in Apulia 7. Idus Ianuarij, ſepultus Neapoli, vixit annos 56
Panuinius.

Matthias Rex Vngariæ, Viennæ Apoplexia moritur: & obſeruandum, quod anno 14 ætatis ſuæ, vnà cum fratre incarceratus, frater ſupplicio affectus, ipſe magna pecunia liberatus ad regnum Hungariæ peruenit. Formidabilis fuit non ſolum Imperatori, ſed etiam Turcis ac Venetis, obijt 24. Februarij anno ætatis 56
ſecundum Iouium. Sed Bonfinius illum tantum vixiſſe affirmat annos 47.

Epitaphium eius ſubſcribere libuit.

Coruini breuis hæc vrna eſt, quem magna fatentur
Facta fuiſſe Deum, fata fuiſſe hominem.

Ioannes Galeatius Vice Comes, Galeatij filius, Stephani nepos, obijt 3. Nonas Septemb. Vixit annos 55. Ergo mortuus anno 56
Panuinus.

Ioannes Dugloſſus Hiſtoriographus Polonorum 56

D. Bernhardus Zieglerus in equeſtri familia natus, Theologus, & Hebraicæ linguæ peritiſſ. obijt anno 1552. 2. Ianuarij anno ætatis 56

Adolphus V. & vltimus ex Scouvvenburgenſium familia, Dux Sleſvvici, & Comes Holſatiæ ac Stormariæ, qui maxima bella cum

Regi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

regibus Daniæ propter ducatum Sleſuvicenſem geſsit, mortuus Lubecæ anno Domini 1459. die 4. Decemb. anno ætatis 56 ſepultus Itzehoe.

Chriſtianus, ſiue Chriſternus primus, qui in Regem Daniæ, Norvegiæ ac Suetiæ, nec non ducem Sleſuvicenſem, & Comitem Holſatiæ, diuerſis tamen temporibus, ex familia comitum Oldenburgenſium ac Delmenh. electus eſt, vixit annos 56. vt colligitur ex archiuis Gottorppienſibus.

Sixtus IIII Pontifex, idibus Auguſti anno ætatis 56

Albertus Marchio Brandenburgenſis, Elector Cardinalis & Epiſcopus Moguntinus, Magdeburgenſis & Halberſtadenſis, 24. Septemb. 56

Iacobus Mutius Attendula ſubmerſus, cognominatus Sfortia, maximus dux exercituum, cuius poſteri ducatum Mediolanenſem gubernarunt, non multum abfuit ab anno 56 perijt die 3. Ianuarij. Iunctinus.

Ladiſlaus II. Polonorum Rex, eiectus à fratribus poſt 13. annorum exilium, reditum opera & beneficio Imperatoris Friderici meditabatur, Aldenburgi in Holſatia, quæ vrbs à Sclauis condita, Stargardum olim dicta eſt, ſepultus eſt: vixit annos 55. Ergo mortuus anno 56 Panuinius

Brachius aduerſarius Sfortiæ interfectus eſt à Sfortianis militibus, paulò poſtquam Sfortia ſubmerſus eſſet, vt ambobus prædictum erat ab Aſtrologis, quod colligitur ex Iouio, annum agens 56

Martinus V. Pontifex ex Columnenſium familia, Ottho nominatus, qui in Conſtantienſi Concilio fuit electus obijt 20 Februarij 56

Albertus Dux Saxoniæ, Auguſti Electoris auus, moritur in expeditione contra Friſios, paululum excedens annum 56

Clemens VII. Papa, qui vna cum vrbe Romana fuit captus à ducibus Caroli V. ſed grandi ære libertatem redemit, Alexandro Medici propinquo ſuo Margaretham filiam naturalem Caroli V. ſpopondit, & Franciſci regis Galliæ filio Henrico II. genito, Catharinã affinem in matrimonium dedit.

Marſiliæ nuptiæ ſunt celebratæ, unde domum rediens difficili morbo, quem nōnulli ortum ex veneno putant, vexatus, annum paululum excedens 56
rebus humanis exemptus eſt, die 25. Septemb.

M. Marcellus de Monte Politiano, qui Concilio Tridentino cū legationis munere præfuit, & tandem factus Pontifex (vt Gauricus & pater eius prædixerant) minus ſex diebus, vixit annos 56

Angelus Politianus, obijt 24. Septemb. anno ætatis 55. Ergo per aliquot menſes abfuit ab anno 56

Frāciſcus Sfondratus, Cardinalis veneno tabifico mortuus eſt 56
Cardanus.

Henricus VIII. Rex Angliæ, qui Thomam Morum interfici curauit, & nonnullas ex proprijs ſuis vxoribus decollari iuſsit, cui ſucceſsit Eduardus filius eius nouem annorum, obijt 28. die Ianuarij, anno ætatis 56
Cythræus, alij 3. Ianuarij.

Ottho Henricus, Elector Comes Palatinus mortuus, anno ætatis 57 per aliquot menſes exceſsit annum 56
12 die Ianuarij.

Andreas Alciatus Mediolanenſ. Senator, Cæſaris Caroli Iureconſultus, obijt anno ætatis 56
menſe 8. die 4. die 22. Ianuarij, anno Domini 1550. Ex monumento.

Carolus Capellius, in Cyprio regno prorex, obijt anno dom. 1547. anno ætatis 55 Iunctinus. Ergo per aliquot menſes abfuit ab anno 56

Breida Ranzouius quondam Vicarius regius Danicus in Holſatia, Dominus in Bolgenſtede & Rethvviſche, vir eloquens, ſed in bellis infortunatus, bis captus, primò cū copias duceret Chriſtiani III. in Friſiam, à Georgio Schencken duce Carol. V ſecundò, à Chriſtophoro Comite Oldenburgici in Fionia.

Albertus Durerus, excellens pictor & vir ſapiens, obijt anno ætatis 56

Petrus Oxius, aulæ Magiſter in regno Daniæ, ſemel in exilium eiectus, poſtea à rege in gratiam receptus, ac iterum adminiſtratione eius officij potitus, perijt aqua intercute 24. Octobris anno ætatis 56

Fri-

Fridericus I. Rex Daniæ, qui Chriſtiernum II. fratris filium ex tribus Septentrionalibus regnis eiecit, & 10. annos regno præfuit 56

Chriſtianus III. Rex Daniæ ac Noruvegiæ, cui per ſomnium reuelatus eſt, dies obitus ſui nempe primus Ianuarij, qui bellum geßit cum Lubecenſibus, & Carolo V. deinde pacem cum eo contraxit per legatos Spiræ, vixit annos 55. menſ. 4. dies 20. Ergo obijt annum agens 56

Cæſar Carolus anno ætatis 56
menſe Auguſto profectus in Hiſpaniam filio Philippo regnum ac ducatus commiſit, omnibus ſuis ſubditis ac legatis præſentibus in inferiori Germania valedixit, imperium Romanum Electoribus reſignauit, ac Monaſticam vitam elegit, mortuus eſt anno Domini 1558. die 20. Septembris, agens annum 57 & 7. menſes, Zenocarus, Chytræus.

M. Antonius Colũna, obijt an. dom. 1527. 13. Septē. anno ætat. 56

Comes Albentinus Buſcettus Ferrarienſis, à carnifice decapitatus eſt, & in quatuor partes diſcerptus, anno ætatis 56

Michaël Sidonius, Heldingus, Epiſcopus Mersburgenſis, auctor tempore Caroli V. libri quem Interim nominant, vixit annos 55. Ergo obijt anno ætatis 56

Iacobus Micyllus 28. Ianuarij ætatis 55. Heidelbergæ obijt: Ergo non multum abfuit ab 56

Comes Hieronymus de Pepulis Bononienſis, obijt morte repentina, cum vix exceßiſſet annum 56

Ioannes Caluinus, vixit annos 54. menſes 10 dies 18. Ergo per vnum menſem & aliquot dies abfuit ab anno 56

D. Ioannes Heſſus Paſtor Eccleſiæ Vratilauienſis. 56

Ioannes Gerſon Theologus, Pariſijs moritur. 56

M. Franciſcus Burchardus VVeinmarienſis, ducũ Saxoniæ Cancellarius, 15. die Ian. Anno 1560. ætatis 56

Georgius Fabricius, Rector Scholæ Miſniæ, poëta & vir optimus, cum vixiſſet annos 55. menſes 2. dies 19. obijt 13. Iulij, anno Domini 1571, Albinus, ætatis 56

Matthias Flaccius Illyricus Francofurti ad Mœnum, obijt anno ætatis 56

Iaco-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Iohannes Iacobus à VVattenvveil præſes Bernenſis 56

Leonhardus Stockel 56

Petrus Ramus agens annum 57. in laniena Pariſienſi interfe-ctus aliquot menſibus exceſſerat 56

Iohannes Garcæus, pater D. Iohannes Garcæi paſtoris Brandẽ-burgenſis, Theologus, Eccleſiaſtes quondam Eccleſiæ Hamburgẽ-ſis, obÿt 24. Auguſt. anno ætatis 56

Martinus Taburnus, Gymnaſÿ Goldtbergenſis in Sileſia Re-ctor ætatis 55. Ergo obÿt agens annum 56

Antonius Comes de Oldenburch & Delmenhorſt, Anno domi-ni 1573. die 22. Ianuarÿ anno ætatis 56

Coſmus Medices, magnus dux Hetruriæ, perÿt anno ætatis ſuæ currente 55. Ergo per aliquot menſes abfuit à 56
perÿt anno Domini 1574. Iunctinus.

Antonius Leua Hiſpanus, languore animi, & dolore corporis oppreſſus, ad aquas Sextias in caſtris mortuus eſt anno ætatis 56
Iouius.

Christophorus de Mollendorff, Decanus Magdeburgenſis, obÿt Anno domini 1575. 2. Octobris anno ætatis 56

Ioachimus de Rintorff Canonicus Magdeburgenſis, obÿt Anno Chriſti 1582. 29. Octob. ætatis 56. Andreas VVernerus.

Ericus Dux Braunſuicẽſis mortuus eſt Pauiæ anno 1584. vixit Annos 56. Menſes 2. dies 2.

Auguſtinus Marloratus Rotomagenſis Eccleſiæ Paſtor, obÿt 30 die Octobris, anno Domini 1562. ætatis ſuæ 56
Beza.

Ivvan VVaſilicvvitz ſecundus eius nominis Imperator Muſco-uitarum, qui truculenter ac miſerè Liuoniam deuaſtauit, neq; ſo-lum in exteros, ſed etiam conſanguineos & ſuos ſubditos magnam tyrannidem exercuit, tandem à Bathore Rege Poloniæ & Iohanne Rege Sueciæ ad pacem ineundam coactus perÿt, annum ætatis agẽs 56.

Hi anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Hi anno Hebdomatico 9. & Enneatico magno 63. interierunt.

ORpheus, obijt anno ætatis 63

Anaxagoras Clazomenius, Philoſophus. 63

Ariſtoteles, vt Diogenes Laërtius & Cenſor ſcribunt 63
Quidam prodiderunt, illum ob ſeptenarium Euripi fluxum & reflu xum ad furorem, vel ad præcipitium adactum, ita vt Euripus Ariſtotelem dicatur cepiſſe, cum ille capere Euripum non poſſet: alij aconitum bibendo mortuum eſſe.

Demoſthenes, ne in manus Antipatri perſequentis incideret, in templo venenum hauſit è calamo 63

Chryſippus. 63

Darius, filius Hyſtaſpis, Perſarum III. Rex, qui ex equi hinnitu ad imperium peruenit Babylonem recepit: hoc anno obijt 63

Q. Fabius Maximus, augur fuit annis 63
Plinius.

Hannibal Carthaginenſis, nouem annos natus, odium in Romanos perenne iurauit: primò, Saguntum in Hiſpania euertit, & patefactis Alpibus Italiam intrauit: Publ. Scipionem apud Ticinum: Sempron. Longum apud Trebiam: Flaminium apud Thraſimenũ: Paulum & Varronem apud Cannas ſuperauit: & cum vrbem Romanam capere poſſet, in Campania delitijs elanguit. Deinde à Fabio Maximo fractus: à Graccho & Marcello fugatus, in Africam reuocatus, à Scipione ſuperatus, ad Antiochum Regem confugit, quo victo ad Pruſiam Bithiniæ regem conceſſit, à quo per legatos repetitus ſumpto veneno, quod ſub annuli gemma habebat, ne in manus Romanorum perueniret, obijt completo anno 63
alij anno 70. vt Aemilius Probus.

Scipio Africanus Maior propterea dictus, quòd Africam ſubegit, & primus qui nomine à ſe victæ gentis inſignitus fuit: Syphacē per Caium Celtum cepit: Carthaginem expugnauit, Annibalem ſuperauit: Romam clade Cannenſi afflictam inſtaurauit, cùm annos 52. vixiſſet, è curia Romana diſcedens in villam ſuam inter Puteolos & Capuam ſitam, ſe recepit, & ibi vitam ſolitariam egit, ita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

vt intra annos vndecim, quos ibi videbat, ne ſemel quidem Romam Capuamq́; ſit ingreſſus, & ſic mortuus eſt annum ætatis agens 36

Referente in vita priuata Epiſcopo Mondeuentano.

Cicero fons eloquentiæ Romæ proſcriptus à Triumuiris, & capite à Pompilio, qui ob id 25000. coronatorum ab Antonio accepit truncatus, ætatis 63

Quanquam alij volunt illum cum ingreſſus eſſet annum 64. interfectum, 7. die Decembris anno 40. ante Chriſtum natum. Caput & manus amputata pro Roſtris affixa ſunt: Cum prius Fuluia vxor Antonij linguam ex interfecti capite extractam aciculis pupugiſſet. Sed hoc obſeruandum, quod anno 49. in exilium eiectus, anno 56. Pro conſul Siciliæ factus, qui anni ſunt Climacterici omnes. Stadius ſcribit illum vixiſſe annos 63. Menſes 11. dies 5.

Saluſtius hiſtoriographus Romanus, & Ciceronis capitalis inimicus, qui repudiatam eius vxorem Terentiam duxit: & multas hiſtoriæ Romanæ partes ſumma cum ſapientiæ, & puræ ac argutæ breuitatis, & elegantis facundiæ laude perſcripſit.

Ex quibus nunc coniuratio Catilinæ à Cicerone Conſule oppreſſa: & bellũ Iugurthinum à C. Mario Conſule confectum: & ex cæteris hiſtoriarum libris orationes aliquot, & ad C. Cæſarem de Republ. ordinanda tantummodo extant.

Claudius à militum turba in Imperatorem lectus, puer præceptorem Lucium habuit, natura tamen ſocors, acris ac ſanguinolẽtus XXXV. Senatoribus & XXX. equitibus occiſis, ab Agrippina propria vxore veneno ſublatus, vt filium Neronem Imperatorem efficeret, à quo tamen poſtea necata eſt, obijt anno Domini 55. die 13. Octobris Anno ætatis 63

menſes 2. die 13. Suetonius, Tacitus, Dion. Ioſeph.

Maria Virgo Domini noſtri Ieſu Chriſti mater, ſecundum traditionem Euſebij, & computationem Bucholzeri: ille enim ſcribit eam vixiſſe ante conceptum Chriſtum 15. poſt eius reſurrectionem totidem, cum Chriſto 33. in vniuerſum 63

Quemadmodum etiam ex Bergomenſe conſtat, qui hunc verſum recitat:

Virgo

Virgo parens vixit ſexaginta cum tribus annis, & deceſsit die 15. Auguſti, ſecundum Hieronym. & Viterbienſ.

Cocceius Nerua, qui tantum imperauit 13. menſes, & 10. dies, obijt anno ætatis 63
vt Aurelius Sextus ſcribit, eoq́; die quo perijt Solis defectio facta eſt, die 27 Ianuarij. Euſebius autem & Eutropius anno ætatis 72

Traianus Imperator, adoptatus à Nerua, vixit annos 63
menſes 9. dies 4. mortuus eſt 11. Auguſti Selimintæ in Sicilia, quæ poſtea Traianopolis appellata.

Adrianus Cæſar, adoptatus à Troiano, cum eſſet legatus Siriæ, aqua intercute ad Baias moritur, oſſa condita ſunt in æde Hadriani, quæ nunc Romæ eſt, arx ſancti Angeli, cùm ageret annum 63
menſes 5 dies 19. Diodor. Spartiata ait, cum ageret annum 63

De his ſuperioribus tribus hæc ſolebant dici: Quid Nerua prudentius? quid Traiano diuinius? quid præſtantius Adriano?

Tiberius II. Conſtantinopolitanus Imperator, obijt anno ætatis 63
14. Nouembris. Cedrenus.

Aemilia Hilaria, matertera Auſonij, virgo deuota, vixit annos 63

Fœminei Sexus odium tibi ſemper, & inde
Creuit deuotæ virginitatis honor.
Quæ tibi ſeptenos nouies eſt culta per annos,
Quiq; æui finis, ipſe pudicitiæ.

Conſtantinus Magnus, Imperator victorioſiſsimus, & in opprimendis Tyrannis feliciſsimus, accepto paulò ante mortem ſacro baptiſmate, Nicomediæ inter pias preces expirauit, feſto Pētecoſtes, cùm exceſsiſſet annum Climactericum: anno 64. perijt.

Cæſar Mauritius Tiberij gener, vna cum vxore & liberis miſerè à Phoca ſucceſſore ſuo interficitur 24. Nouemb. Cedrenus, Zonaras, Nicephorus.

Venerabilis Beda, mortuus anno 63
quem tamen auctor Speculi hiſtoriarum mortuum ſcribit anno ætatis 70. nonnulli 72.

Ludouicus Pius, Caroli Magni filius, mortuus eſt proximo poſt 63. anno, cuius mortem anteceſſit Cometa & Eclipſis Solis. Maria Contract. Panuinius ſcribit, illum vixiſſe annos 62. & menſes aliquot, & periiſſe iuxta villam Ingelheim, ſepultumq́ Metis.

Thomas Linacer, Medicus Anglus, multis ſcriptis clarus, qui & Londini collegium inſtituit proximo poſt 63
anno moritur 20. Octob.

S. Bernhardus, natus Caſtilionij Burgundiæ, obijt 20. Auguſti, cum vixiſſet annos 63
& dies totidem 63
Cœnobij Claræ Vallis primus Abbas, & monaſteriorum amplius quam 160. fundator ſui ordinis. Richard. Normannus, in vita S. Bernhardi.

Mahometes Pſeudopropheta, vixit annos Arabicos 63

Aomar, alijs Vmar, & Haumar, qui enituit inter primores Mahometis ſectatores, & à quo deſcendunt Tunetani Reges, inter quos Muleaſſes apud Carolum V. floruit, vixit menſ. 6. & annos 63

Robertus Apuliæ Dux, febri deceſſit apud Caſiopam Epiri vrbem, anno ætatis 63

Georgius Scanderbegius Caſtriotus, Epirotarum princeps, qui Turcicã rabiem à vaſtatione Epiri ac Vngariæ annos 24. arcuit, mortuus anno domini 1466. die 17. Ianuarij, anno ætatis 63

Ioannes Bocatius Florentinus, Aſtronomus & Poëta, obijt anno ætatis 63
Volater. Tritem.

Eberhardus Snepfius D. Theologiæ, trium linguarum peritus, 1. Nouembris, Ihenæ ætatis 63

Georgius Magiſter ordinis Ioannitarum, cùm per menſem & 4. dies ſuperaſſet annum 63
obijt. 63

Sebaſtianus Munſterus Coſmographus, Profeſſor Baſilienſis peſte interfectus.

Ludouicus Bauarus Imperator, paulò antè depoſitus à Pontifice & Electoribus, cum imperaſſet annos 33. equi ſaltu excuſſus, perijt anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

anno Domini 1374, die 11. Octob. ætatis 63
Auentinus.

Hieronymus Aloander, Cardinalis Brunduſinus, è Comitibus Landriæ, Hebraicè ac Latinè valdè doctus, abfuit ab anno 63
per 14. dies ex directione Solis ad oppoſitum Martis, ſecundum Iunctinum. Mortuus anno domini 1479. die 19. Decembris, quo die etiam natus erat, vt ex Epitaphio Romæ conſtat.

D. Theodoricus Arndes patricius Hamburgenſis, Henrici Buchholtz, qui huic non multo poſt in Epiſcopatu ſucceſſit, auunculus, auditor Rotæ Romanæ exquiſitiſſimus, Præpoſitus Hildeſemẽſis, & Epiſcopus Lubecenſis, moritur anno ætatis 63
anno Christi 1506. die 16. Auguſti.

Philippus Cominæus eques Flandrus, qui hiſtoriã Ludouici XI. eiuſq; filij Caroli VIII. Et Caroli Burgundi deſcripſit lingua Gallica, eamq; ſumma fide & prudentia ac ſimplicitate expoſuit, Quorum librorum lectio omnibus, qui in Republica & principum ac regum cõſilijs & negotijs hoc tempore verſantur, cognitu vtiliſſima eſto, obijt anno Domini 1509. 17. Octobris, anno ætatis 63
Caſimirus Rex poloniæ 63

Martinus Lutherus, 18. Februarij anno ætatis 63

Philippus Melanchthon cum compleuiſſet annos 63
dies totidem, mortuus VVittebergæ, poſt ſeptimũ paroxyſmum tertianæ febris, circa ſeptimam horam veſpertinam. Lonicerus.

Iohannes Picolomineus Senenſis Epiſcopus, Cardinalis & Decanus, obijt Senis anno ætatis ſuæ 62. Ergo per aliquot menſes tantum abfuit ab anno 63

Aeneas Syluius Senenſis Picolomineus, poſtea ad Pontificatum euectus, & Pius II. nominatus, per aliquot menſes annum 63
excedens: quanquam alij illum hos annos non aſſecutum affirmãt, deceſſit die 15. Auguſti vel circiter.

Nicolaus Cuſanus Cardinalis, clarus tempore Friderici Cæſaris, Germanus, Rhetor, Mathematicus, Philoſophus, & trium linguarum peritus, moritur 11. Aug. anno 1464. ætatis 63

Adrianus VI. Pontifex Germanus, qui primò præceptor fuit Caroli V. poſtea Epiſcopus Dertunenſis, Cardinalis, & vltimò Ponti-

 fex,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

fex, obiјt 13. Septembris, anno ætatis. 63

Quanquam illum, hunc annum exceſsiſſe, Epitaphium Romæ illi erectum indicat. Quod extat in templo Deiparæ Virginis Germanorum, ad circum Mineruæ.

Nicolaus de Gadis Florentinus Cardinalis, obiјt Florentiæ anno ætatis 62. Ergo per aliquot menſes tantum abfuit ab 63

Ioannes dux Saxoniæ, Elector, Friderici frater & ſucceſſor, moritur in Svveinitz 13. Auguſti, ſepultus, apud fratrem in templo arcis VVittebergæ. 63

Beatus Rhenanus, vir doctiſsimus, obiјt Argentinæ anno ætatis ſuæ 62. Ergo parum abfuit à 63

Callidius ſcribit anno 63. illum mortuum eſſe ex balneo abeuntem.

Ferdinandus Cæſar, frater Caroli V. princeps mitis, affabilis temperans & pacificus, ex tabe catarrhali extinctus eſt, paulò ante ſeptimam veſpertinam Viennæ, die Iacobi Maioris, anno domini 1564. vixit annos 61. menſes 4. dies 14. horas 20. ergo abfuit tãtum aliquot menſes ab anno 63

VVilhelmus Grumbachius nobilis Francus, Marchionis Alberti partes ſecutus, cuius conſiliјs Epiſcopus VVirtzburgenſis bombarda eſt traiectus, ipſe ab imperio proſcriptus, Grimſtenio, Imperiј ſumptibus, expugnato, ab Electore Auguſto ſupplicio affectus, in quatuor partes diuiſus, aliquot menſibus annum exceſſit. 63

Philippus Landgrauius Haſsiæ, dum vna cũ confœderatis Smalcaldicis cum Cæſare Carolo V. bellum gereret, conditionibus circumuentus cuſtodiæ traditus, & poſt quinquenniũ, cùm pax in imperio conſtituta eſſet, à filio VVilhelmo & Electore Mauritio liberatus in ſua ditione obiјt 63

Iohannes ab Oſten & Thetis coniunx, parentes D. Seuerini Eugaleni ab Oſten medici celeberrimi, moriuntur anno ætatis 63

Gabriel à Streitberg anno 1531. die paraſceues oppreſſus & iugulatus in templo, moritur anno ætatis 63

Franciſcus ab Halle nobilis Brunſuicenſis, qui ingentes diuitias vnicæ filiæ, quæ Henrico Ranzouio nupſit, reliquit, & clarus propter

multas

multas magnorum principum aduerſitates & captiuitates fuit, quas ſuperauit. Mortuus Antuerpiæ, vbi in Columna primaria ædis S. Mariæ marmoreum monumentum illi à genero Henrico Ranzouio, & filia erectum eſt, anno domini 1553. die 28. Septemb. anno ætatis 63

Ianus Parthaſius Calaber, Orator & Poëta celeberrimus, interijſſe dicitur anno ætatis ſuæ 63
Iunctinus.

Iacobus Sturmius, prudentia & eloquio clarus, cuius honorificã mentionem facit Sleidanus, obijt 30. Octob. anno ætatis 63
Eberus, Bucholzerus.

D. Nicolaus Reibeiſen, Iuriſconſultus Caroli V. Regis Ferdinandi, & Archiepiſcopi Saltzburgenſis Conſiliarius, obijt anno ætatis 63

D. Iuſtus Ionas Senior, 9. Octob. anno ætatis 63

Bertramus ab Alefeldt, Vicarius regis Daniæ in Holſatia, & dominus in Lemkulen, obijt anno ætatis 63

Georgius ab Halle, Caroli V. olim peditum ductor, apoplexia mortuus anno 63

Hilmarus à Monichhauſen, olim etiam Caroli V. peditum ductor, mortuus anno 63

Herbhardus ab Holle, Abbas 34. nobilium ordinis S. Michaëlis in Luneborch, obijt anno domini 1555. 12. die Decemb. vt ex eius Epitaphio ibidem magnificè extructo patet, anno ætatis 63

Ioannes Gropperus, Cardinalis Gropperi pater, vt ex lapide corpori impoſito Coloniæ videre licet. 63

Georgius Spalatinus, Concionator in aula ducis Saxoniæ, obijt Aldenburgi, anno domini 1545. 16. Ianuarij. Eberus.

Petrus Martyr Vermilius Florentinus, Theologus, 12. die Nouembris 63

Dethleuus Bockvvoldius, Dominus in VVenſin & Muggesfeld, mortuus anno domini 1569. in Februario, anno ætatis 63

Auus, pater, & mater Danielis Ranzouij, belli ducis contra Ericum regem Sueciæ, omnes periere hoc Climacterico 63

Aui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Aui nomen Antonius, patris Godſchalcus, matris Margaretha fuit.

Ioannes Baptiſta Aquilanus Orator & poëta excellens, obijt Romæ circa finem menſis Februarij anno Domini 1544. ætatis 63
Iunctinus addit cauſam, quod directio Horoſcopi peruenit ad corpus Lunæ

Ioannes Baptiſta Montanus, excellens Philoſophus & Medicus extinguitur, Teratij in ſuo prædio, Phreneſi, cum annos multos Patauij feliciter docuiſſet, anno ætatis 63
anno Chriſti 1551.

Vlricus dux VVurtenberg, obijt ætatis anno 63
9. Februarij. Iunctinus.

Iacobus Puteus Nicienſis, Archiepiſcopus Barenſis Cardinalis, obijt anno ætatis ſuæ 63
Iunctinus.

Fridericus Palatinus Comes Rheni, Elector, anno ætatis 62. die 26. Octobris. Ergo non multum abfuit ab anno 63
Bucholzerus.

Franciſcus Schroderus, Conſul Kilonienſis, obijt anno Climacterico 7. ætatis ſuæ 63
vt conſtat ex monumento lapidi in tẽplo primario patriæ ſuæ inciſo.

Doctor Iacobus Maſius, Caroli V. Imperatoris, deinde filij Regis Philippi, in ſupremo Brabantiæ ſenatu, Conſiliarius, obijt anno 1559. Idibus Decembris ætatis 63
Michael Aitſingerus.

Nicolaus Ranzouius, Conſiliarius Regis Daniæ, & Præfectus Steinburgenſis, obijt anno 63
quem aliquot menſibus exceſſit anno Domini 1571. die 5. Februarij

Hieronymus Frobenius, Typographus Baſilienſis, moritur anno ætatis 62
abfuit per aliquot menſes ab anno 63

Ottho Bicker, Abbas monaſterij Hirsfeldenſis in Archiepiſcopatu Bremenſi, ex monumento in monaſterio illi erecto 63

Margaretha Ranzouia, Benedicti Alefeldij coniunx, Domina in Gelting, ex lapide tumbæ impoſito die 25. Nouembris anno 63

Fran-

Franciſcus dux inferioris Saxoniæ obijt anno Domini 1581. anno ætatis 63 quem aliquot menſibus exceſsit.

Ioannes Vicecomes Archiepiſcopus Mediolanenſis obijt Schalari anno, nempe, 63. Iouius.

Petrus Pomponatius, Mantuanus, in Philoſophia præceptor Iouij, fato functus eſt ſtranguria oborta Bononiæ, ætatis ſuæ anno 63 Iouius.

Andreas de Holzendorff Canonicus Magdeburgenſis obijt anno 1575. 2. Decemb. completo ætatis anno 63. VVernerus.

VVolfgangus Comes in Barby & Mulingen è viuis exceſsit Anno Christi 1565. 24. Ianuarij anno ætatis 63 Bruno.

Ex his apparet fermè omnes præcipuos ac celebres viros, qui vnquam extitere, annis Climactericis extinctos eſſe, & mortem cum vita commutaſſe.

Similia exempla ex hiſtorijs & quotidiana vita colligi poſſunt quamplurima, quæ vt oſtendunt annos Climactericos & Enneaticos eſſe periculoſos, ita eoſdem ex arcanis cœleſtibus cauſis dependere eſt manifeſtum.

Hi enim nequaquam Epicureorum more contemnendi aut reijciendi ſunt: ſed quando inſtant, Medici & Aſtrologi conſulendi, in omnibus actionibus prudentia adhibenda temperantiaq́ in cibo & potu, rebusq́ neceſſarijs exercenda. Poſtremo DEVS ardentibus votis orandus, vt vitam nobis conſeruet, naturales cauſas, & eorum effecta prout ipſi viſum fuerit moderetur, nos noſtraq́ omnia ſibi commendata habeat, & nos tandem decurſo vitæ ſpacio in vera fide & inuocatione ad beatorum conſortium traducat.

Quanquam non tantum his annis, ſed omni momento obnoxij ſumus calamitatibus, & morti, ad quæ omnia toleranda, vt viros fortes & Christianos decet ſemper parati eſſe debemus, ſcientes Deum vitam noſtram & longitudinem dierum eſſe.

Obſeruaui etiam, cùm in hiſtorijs, templis, cænobijs & monumẽtis multorum explorarem obitus, eorum præſertim, qui annis Climact.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Climacterici᷑ mrtui ſunt, homines plures mori ſequentibus menſibus videlicet in Auguſto, Septembri, Octobri, Nouembri, Decemb. Ianuario, Februario, quàm in reliquis menſibus, in Europa, Aſia & præſertim in regnis & locis ſeptentrionalibus, vbi morbi frigidi dominantur. Nam vt in herbis & arborbus Sole ex Leonis ſigno egreſſo, atq; ad æquinoctium autumnale properante humores à ramis, caulibus & truncis ad radices refugientes, non tantum decus omne rebus terra naſcentibus adimunt, ſed mortem quodammodo adferunt: ita in hominum corporibus circa idem tempus humores à ſuperficie quaſi ad centrum reuocantur, qui ſuo affluxu facultates facilius lædunt, & propter longiorem Solis à noſtro vertice diſceſſu, non tantum tunc augentur plurimum, ſed condenſantur, atq; vt medici loqui ſolent, ingroſſantur, ſuoq; lentore meatus corporum variè obſtruũt. Vnde omnis generis morbos eo tempore in nobis exiſtere experientia teſtatur. Et ideo etiam Autumnus morbidior eſt Vere, quia magis calido infrigidato, quàm frigido calefacto ægrotamus: in Vere autem frigidum calefit, & in Autumno calidum infrigidatur. Hippoc. 3. Aphoriſmorum Aphor 9. dicit, Quod in Autũno acutiſſimæ ægritudines, & maxime mortiferæ, vt in pluribus fiunt: Ver verò ſuauiſſimum & minimè mortiferum eſſe. Galenus addit Ver cæteris temporibus ſanius & minus mortiferum eſſe. Quia tẽperãtius eſt alijs. Ariſtoteles dicit, quod homines magis ægrotant in æſtate, ſed ægrotantes magis moriuntur in hyeme. Id ita eſſe teſtantur etiam dies mortis ſuperius nonnullis additi, & Pontificum, Imperatorum, regum, & illuſtrium virorum ſequentium, quos ex hiſtorijs extraxi.

PON-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

PONTIFICES ROMANI MORTVI, SEcundum Onuphrium Panuinium Veronenſem ſuprà annotatis menſibus, videlicet Auguſto, Septembri, Octobri, Nouembri, Decembri, Ianuario & Februario.

CLemens I. obijt anno Chriſti 779. cal. Decemb.
Pontianus I. *defunctus eſt anno Chriſti 236. 13. calend. Decemb.*
Marcellus I. *anno Chriſti* *300. 17. cal. Feb.*
Miltiades I. *Afer Pont Rom. Martyr obijt 311. 3. idus Ianuarij.*
Silueſter perijt anno Domini *335 pridie cal. Ianuarij.*
Marcus I. *336 prid. non. Octob.*
Liberius I. *366. 8. cal. Octob.*
Damaſus I. *382. 3. idus Decemb.*
Zoſimus I. *419. 7 cal Ianuarij.*
Bonifacius I. *424. 8. cal. Nouemb.*
Felix III. *494. 11. cal. Martij. 1. 19. Febr.*
Gelaſius I. *496. 11. cal. Decemb.*
Anaſtaſius II. *498. 13. cal. Decemb.*
Hormiſda I. *523. 8. idus Auguſti.*
Felix IIII. *530. 4. idus Octob.*
Bonifacius II. *531. 16. cal. Nouemb.*
Vigilius I. *554. 5. cal. Ianuarij.*
Pelagius II. *590. 6. idus Febr.*
Sabinianus I. *606. 5. idus Febr.*
Bonifacius IIII. *615. 9. cal. Martij. 1. 21. Febr.*
Deuſdedit I. *618. 5. idus Nouemb.*
Bonifacius V. *632. 4. idus Octob.*
Honorius I. *635. 4 idus Octob.*
Seuerinus I. *638. 4 non. Auguſti.*
Ioannes IIII. *649. 4. idus Octob.*
Martinus I. *653 pridie idus Nouemb.*
Vitalius I. *672. 6. cal. Febr.*

Agatho I. *obijt Anno Chriſti.*	*682.4.idus Ianuarij.*
Ioannes V.	*686.4.Nonas Auguſti.*
Canon I.	*687.11.cal.Octob.*
Sergius I.	*701.6.idus Septemb.*
Ioannes VI	*705.idib. Ianuarij.*
Ioannes VII.	*707.15.cal.Nouemb.*
Siſimus I.	*eodem anno 8.idus Nouemb.*
Conſtantinus I.	*714.3.idus Februarij.*
Gregorius II.	*731.3.idus Feb.*
Gregorius III.	*741.4.cal.Decemb.*
Stephanus III.	*772.pridie cal.Febr.*
Hadrianus I.	*795.7.cal.Ian.*
Stephanus IIII.	*817.8.cal.Febr.*
Eugenius II.	*827.4.idus Decemb.*
Valentinus I.	*828.11.cal.Feb.*
Gregorius IIII.	*844.8.cal.Febr.*
Nicolaus I.	*867.idib.Nouemb.*
Hadrianus II.	*872.cal.Octob.*
Ioannes VIII.	*882.idib.Octob.*
Formoſus I.	*896.16.cal.Ianuarij.*
Bonifacius VI.	*894.3.Nonas Ian.*
Romanus I.	*898.cal.Septemb.*
Theodoſius II.	*898.3.cal.Octob.*
Ioannes IX.	*900.8.cal.Nouemb.*
Anaſtaſius III.	*911.9.cal.Septemb.*
Lando I.	*916.6.cal.Febr.*
Leo VI.	*935.3 cal.Octob.*
Stephanus VII.	*937.9.cal.Decemb.*
Stephanus VIII.	*941.10.cal.Nouemb.*
Agapitius II.	*955.5.cal.Ianuarij.*
Ioannes XIII.	*972.8.idus Septemb.*
Gregorius V.	*998.12.cal.Martij.18.Febr.*
Ioannes XVII.	*1003.pridie cal.Nouemb.*
Ioannes IX.	*1032. 6.idus Decemb.*
Clemens II.	*1047.7.idus Octob.*

Da-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Damaſus II.	*1048.6.idus Auguſti.*
Victor III.	*1087.16 cal.Octob.*
Paſchalis II.	*1118.15.cal.Feb.*
Gelaſius II.	*1119.17.cal.Febr.*
Calliſthus II.	*1124.idib.Decemb.*
Honorius II.	*1130.16.cal.Martij.14 Febr.*
Innocentius II.	*1143.11.cal.Octob.*
Anacletus II.	*1138.8.cal.Decemb.*
Anaſtaſius IIII.	*1154.4.nonas Decemb.*
Hadrianus IIII.	*1159.cal.Septemb.*
Alexander III.	*1181.6.cal.Septemb.*
Lucius III.	*1185.4.idus Decemb.*
Vrbanus III.	*1187.16.cal.Decemb.*
Gregorius VIII.	*1188.11.cal.Martij. 19.Feb.*
Cœleſtinus III.	*1198.6.idus Ianuarij.*
Cœleſtinus IIII.	*1241.7.idus Octob.*
Innocentius IIII.	*1254.idib.Decemb.*
Vrbanus IIII.	*1264.pridie cal.Octob.*
Clemens IIII.	*1268.3.cal.Decemb.*
Gregorius X.	*1276.3.idus Febr.*
Hadrianus V.	*1277.15.cal.Septemb.*
Nicolaus III.	*1280.18.cal.Septemb.*
Bonifacius VIII.	*1303.5.idus Octob.*
Ioannes XXII.	*1334.pridie nonas Decemb.*
Nicolaus V	*1333.7.cal.Octob.*
Clemens VI.	*1352.8.idus Decemb.*
Innocentius VI.	*1362.10.cal.Septemb.*
Vrbanus V.	*1370.idib.Decemb.*
Clemens VII.	*1394.17.cal.Octob.*
Benedictus XIII.	*1394.in Septemb.*
Vrbanus VI.	*1399.3.idus Octob.*
Bonifacius IX.	*1404.in Octob.*
Innocentius VII.	*1406.8.idus Nouemb.*
Ioannes XXIII.	*1419.11.cal.Ianuarij.*
Martinus V.	*1431.10.cal.Martij. 20.Febr.*

Eugenius IIII.	*1447.7.cal.Martij.23.Febr.*
Calliſthus III.	*1458.3.nonas Auguſti.*
Pius II.	*1460.4.cal.Septemb.*
Xyſtus IIII.	*1484 idibus Auguſti.*
Alexander VI.	*1503.15.cal.Septemb.*
Pius III.	*1503.15.cal.Nouemb.*
Iulius II.	*1513.9.cal.Mart.21.Feb.*
Leo X.	*1521.cal.Decemb.*
Hadrianus VI.	*1523.18.cal.Octob.*
Clemens VII.	*1534.6.cal.Octob.*
Paulus III.	*1549.4.idus Nouem.*
Iulius III.	*1555.10.cal.Mart.20.Feb.*
Paulus IIII.	*1559.18.Auguſti..*
Pius IIII.	*1565.10.Decemb.*

Tam multi Pontifices mortui ſunt prædictis menſibus: reliqui martyrio ſunt coronati, quorum fuerunt 33. Cæterorum nonnullorum dies mortis ignoratur. Pauci menſibus æſtiuis defuncti.

Poſſem addere atiam Cardinalium Romanorum obitus ex Onuphrio, ſed ne lectori tædium enarrandis ſolis nominibus facerē, eam commemorationem omittendam eſſe cenſui. Qui enim hiſtorijs cognoſcendis delectatur, ipſemet ex auctore hæc cognoſcere, atque huic Catalogo adſcribere poterit: quemadmodum & dies obitus Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, qui ſuprà dictis menſibus etiam ferè omnes mortui ſunt, ex Socrate & Marcellino petere licet.

SEQVVN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

SEQVVNTVR IMPERATORES ET EOrum nonnullorum vxores, qui prædictis menſibus obierunt.

Auguſtus perijt anno domini 15. die 19. Auguſti
Agrippina Germanici vxor mortua anno domini 35. 18. Octob.
Caius Caligula interfectus, anno domini 42. 24. Ianuarij.
Claudius, perijt anno domini 55. 13. Octob.
Vitellius iugulatus anno domini 70. 8. aut 3. Octob. Ioſeph. Tacit.
Sergius Galba Imperator, obijt anno Domini 70. 15. Ian.
Titus Veſpaſianus deceßit anno domini 82. 13. Sept.
Domitianus Titi frater occiſus eſt 97. 18. Septemb.
Nerua perijt anno domini 99. 27. Ian. Euſeb. Eutr.
Secundum Aurelium Victorem 28. Ianuarij, quando Eclipſis Solis fuit.
Traianus perijt anno Chriſti 118. die 11. Auguſti.
L. Aelius Verus adoptatus ab Adriano moritur anno Chriſti 137. 1. die Ianuarij.
Spartianus.
Commodus interficitur anno domini 193. vltimo Decemb.
Albinus interficitur anno domini 198. 19. Febr.
Seuerus mortuus anno domini 212. 12. Feb. alij 4. Feb.
Gordianus III. Imperator Romanus, anno domini 245. die 30. Ian.
Claudius II. Imperator moritur in Pannonia anno Chriſti 271. menſe Feb.
Aurelianus Imperator occiſus eſt anno 276. in fine menſis Ianuarij.
Galerius Maximianus perijt 311. in Septemb.
Maxentius à Conſtantino victus, in Tibri perijt anno Chriſti 312. 24. Septemb.
Conſtantinus, Conſtantini M. filius, apoplexia moritur 340. 3. Nouemb.
Magnentius aliquot prælijs à Conſtantio victus, violentas ſibi manus infert anno domini 353. 15. Auguſti.
Socrates.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Conſtantinus Imperator dũ Iuliano cum infeſto exercitu occurrit, moritur anno Domini 361. 3. Nouemb. Eberus 5. Nouembris Homilius Mattheus anno 360. 20. die Nouembris.

Iouinianus Imperauit 7. menſes mortuus anno 364. 17. Februar.

Valentinianus Imperator apoplexia extinctus
Anno domini 375. 17. Nouembris

Valens à Gothis incenſa domo igne conſumptus
Anno domini 378. 9. Auguſti

Gratianus necatus anno Chriſti 383. 25. Septembris

Maximus Tyrãnus interfectus anno Chriſti 388. 27. Auguſt.

Theodoſius Magnus mortuus anno Chriſti 395. 17 Ianuarij

Honorius Imperator, moritur anno Chriſti 423. 15. Aug. eius obitum anteceſſit Cometes. Proſp. Marcell.

Martianus Imperator moritur anno Chriſti 457. 26. Ianuarij. Onuph. Sigebertus verò 24. Febr.

Maioranus Imperat. nihil aduerſi ſuſpicans dolo Ricimeris extinguitur anno Chriſti 461. 7. Auguſti. Caſſio. Marc.

Seuerus II. Imperator, moritur anno Chriſti 465. 15. Auguſti.

Ricimerus genero ſuo Arthemio Imperat. interfecto hoc ſcelere non diu lætatus poſt 39. dies ſæuiſſimis corporis doloribus extinctus perijt anno Chriſti 472. 14. Auguſti

Olybrius vix deguſtato imperio mortuus eſt eodem anno 23. Octobris.

Leo Senior Imperator moritur anno domini 474. in Ianuario.

Iuſtinianus Imperator, moritur anno Chriſti 565. 13. Nouemb. Niceph.

Iuſtin. Iunior, anno Chriſti 576. 2. Octob.

Tiberius II. Imperator anno Chriſti 583. 10. Auguſti. Onuph. Cedren. 14. Nouemb.

Mauritius Imperator ſecuri percuſſus 602. 24. Nouemb.

Conſtantinus Imp. moritur anno Chriſti 775. in Auguſto.

Leo IIII. *moritur anno 780. 7. Septemb.*

Irene imperatrix Conſtantinopol. 803. 9. Auguſti.

Zoë Auguſta 1052. menſe Septemb.

Carolus Magnus anno Chriſti 814. 28. Ianuarij.

Ca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Carolus Caroli M. filius anno Chriſti 811. 4. *Decembris*
Starratius Cæſar Conſtantinop. 812. 11. *Ianuarij. Diaconus.*
Irmegarda Ludouici Cæſaris 1. coniunx, anno Chriſti 818. 3. *Octob.*
Michael Balbus Conſtantinop. 829. 1. *Octob.*
Theophilus Cæſar Conſtantinop. 842. 20. *Ianuarij*
Lotharius Imper. moritur in monaſterio Prumienſi Anno Chriſti 855. 29. *Septemb.*
Carolus Caluus anno 868. 6. *Octobris*
Ludouicus Cæſar 875. *in Auguſto*
Carolus Craſſus deponitur anno 888. 12. *Ianuarij & in ſumma inopia paulò poſt moritur Adrianopoli.*
Arnolphus Cæſar moritur anno domini 899. 29. *Nouemb. Reginal. Onuphrij*
Ludouicus IIII. *Bauarus* 912. 21. *Ianuarij Auent. Sigebertus.*
Conradus Cæſar 919. 13. *Decemb. Fuldæ ſepultus. Auent.*
Theodora Romani Conſtant. coniux 922. 20. *Februarij*
Chriſtophorus Cæſar Orientalis Romani filius anno Chriſti 934. 14. *Auguſti.*
Edita Anglica Edmundi Regis filia: Otthonis I. *Imperat. coniunx obijt ſepulta Magdeburgæ* 946. 26. *Ianuarij*
Henricus dux Bauariæ Otthonis I. *frater moritur anno domini* 955 1. *Nouembris*
Iohannes Tzimiſta Cō: ex veneno moritur Anno Domini 975. 4. *Decembris*
Conſtantinus VIII. *Cæſar Oriental.* 956. 9. *Nouembris Cedr.*
Helena Conſtantini VIII. *vxor.* 961. 27. *Septemb.*
Ottho II. Cæſar 983. 8. *Decembris*
Adelheida II. coniunx Otthonis I. vidua Lotharij regis Italiæ mortua 984. 8. *Decembris*
Mechtildis filia Otthonis II. abbatiſſa in Quedlenburg, mortua anno 999. 7. *Februarij*
Ottho III. Cæſar ex Italia reuertens 1001. 28. *Ianuarij, alij* 1002.
Baſilius Cæſar Conſtantinop. 1025. *in Decemb.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Conſtantinus IX. 1028. 9. Decembris
Michaël Cæſar Conſtantinop. 1036 10. Decemb.
Giſela vxor Conradi II. Imp. 1043. 14. Feb Sepulta Spiræ.
Henricus III. niger 1056. mortuus 7. Octob. Sepultus 28. Spiræ: quo die ante annos 40. natus erat.
Theodora Auguſta anno 1056. in fine Auguſti.
Rudolphus Sueuus, Imperat. qui contra Henricum IV electus eſt, obijt anno Chriſti 1080. 12. Octob.
Beata imperatrix 1087. 17. Decemb.
Henricus IV. 1106. 7. Auguſti.
Alexius Comnenus, Cæſar Oriental. 1118. 15. Auguſti. Zonar. Nicet.
Lottharius Imperator 1137. 3. Decemb. ſepultus in monaſterio Keyſerslutter.
Conradus III. obijt anno domini 1152. 15. Febr. Bambergæ
Emanuel Græcorum Cæſar moritur 1180. in Septemb. aliqui 3 Octob Nicet. Naucle.
Fridericus Barbaroſſa 1190. 10. Ianuarij
Henricus VI. Meſſanæ anno Chriſti 1199 alij 1198. 1. Octob. Sigonius.
Baldevvinus perijt 1206. 20. Auguſti.
Philippus Imp. interfectus pugione. 1208. 21. Auguſti.
Fridericus II. 1250. 13. Decemb.
Anna coniunx Rudolphi Habsburgenſis Imp. 1281. 20. Septemb.
Rudolphus Habsburgenſis Imperat. anno Chriſti 1291. vltimo Septemb.
Henricus VII. veneno in hoſtia per monachum accepto, anno domini 1313. 24. Auguſti
Vxor eius moritur 1311. in Octob.
Fridericus Pulcher Auſtriacus, rex Roman. 1330. 13. Ianuarij. Onuph.
Andronicus Maior, mortuus anno 1332. 12. Febr.
Ludouicus V Bauarus Cæſar 1347. 11. Octob.
Ludouicus Senior, Marchio Brandenburgenſis Elector & Dux Bauariæ, Cæſaris Ludouici V. filius anno 1361. 15. Septemb.

Caro-

Carolus IV. *Cæſar rex Bohemiæ, moritur Pragæ anno Chr. 1378. 29. Nouemb.*
alij anno *1379.24. Febr.*
Eliſabetha Caroli IV. *Cæſaris coniunx, regis Sigiſmundi mater, mortua anno Chriſti* *1393.13. Febr.*
Albertus Bauarus II. *filius Ludouici Imperatoris, Comes Hollandiæ moritur* *1404. menſ. Decemb.*
Borland.
VVenceſlaus Imperat. rex Bohemiæ *1419.16. Auguſt. cum vixiſſet annos 57.*
Iacoba Comitiſſa Hollandiæ, abneptis Ludouici Imperatoris, mortua eſt anno domini *1436.24. die Sept.*
Sigiſmundus Cæſar *1437.8. Decemb.*
Albertus Cæſar Rex Bohemiæ *1439.26. Octob.*
Ioannes Hunniades, Rex Vngariæ *1456.10. Septemb.*
Leonora Imperatrix Friderici coniunx, mortua anno domini 1467. 3. Septemb.
Eliſabetha filia Alberti Romanorum Regis, ſoror Ladiſlai Regis Vngariæ, moritur anno domini *1504.30. Auguſt.*
Barbara Sigiſmundi I. coniunx *1515. in Autumno*
Fridericus Imperator Maximiliani pater, mortuus anno Domini 1593.18. Septemb. Carion.
alij 19. Auguſti.
Maximilianus I. *Imperator* *1519.12. Ian.*
Margaretha filia Maximil. I. *1530.1. Decemb.*
Carolus V. *1558.21. Septemb.*
Maximilianus II. *1576.12. Octob.*

Cæterorum dies ignoratur: non tam multi æſtiuis menſibus mortui.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

OBITVS REGVM FRANCIAE, HISPA- niarum, Siciliæ, ac Angliæ.

DAgobertus Rex Franciæ mortuus, anno domini 645.1.Febr.
Carolus Martellus auus Caroli Magni moritur anno 741. 22. Octob.
Pipinus rex Franciæ, obijt anno Chriſti 768.14.Decemb.
Carolomannus Caroli M. frater, obijt anno Chriſti 771.4. Ian.
Ludouicus pater Lotharij è viuis diſceſsit, anno domini 955.in Septemb.
Guilhelmus rex Angliæ, anno Chriſti 1087. die 10. Septem. Polyd.
Henricus Rex Angliæ. 1135.3.Decemb. cui ſucceſsit filius ſororis comes Bononiæ.
Stephanus rex Angliæ, anno 1154. die 24. Octob. Polyd.
Baldevvinus III. *rex Hieroſolymitanus, mortuus 1165.13.Febr.*
Ludouicus rex Franciæ 1181.29.Septemb.
Ioannes rex Angliæ, veneno ſublatus, anno domini 1216.18.Nouēb.
D. Ludouicus rex Galliæ 43. Carthagine expugnata & Tuneto obſeſſo, peſtilentia in caſtris mortuus anno 1270.25. Auguſti, quo menſe etiam filius eius Ioannes paulò antè deceſsit. Philippus alter eius filius rediēs, ex morbo Perpenniani deceſsit menſe Octob. 6. Ianuarij, obijt Carolus rex Siciliæ frater Ludouici.
Henricus III. *Rex Angliæ mortuus, anno 1272.16. Nouembris. Præceſsit mortem eius Eclipſis Lunæ in Auguſto.*
Carolus Rex Siciliæ, & dux Apuliæ, anno Chriſti 1284.7. Ianuarij
Carolus V. Bonus appellatus 1308.16.Sept. Onuphr.
Philippus Longus Rex Franciæ anno Chriſti 1321.2. Ianuarij
Ludouicus Huttinus, anno 1321.3.Ian.
Carolus IIII. *mortuus 1327.1.Febr.*
Carolus Calabriæ Ducis filius, obijt ante patrem 1328.12. Nouemb. Pontus.
Robertus rex Neapolis 1341.19. Ianuarij.
Petrus II. *Rex Siciliæ 1347.8. Auguſti*
Ludouicus, Petri II. *filius rex Siciliæ, anno 1355.16.Octob.*
Philippus Valeſius 1350.13. Auguſti.

La-

Ladiſlaus rex Neapolitanus 1419.6.*Auguſti.*
Carolus VI. rex Franciæ 1422.21.*Octob.*
Ludouicus II.*anno* 1483.*vltimo Auguſti.*
Eliſabetha Regina Angliæ, moritur in puerperio Lugduni, anno 1503.3.idus Febr.
Philippus rex Hiſpaniarum Caroli V. pater, obijt anno 1506.17.Septembris.
Ludouicus XII.*Rex Franciæ* 1514.1.*Ianuarij.*
Anna Ludouici XII. coniunx, obijt anno Chriſti 1514.9.*Ian.*
Regina Eliſabetha Caroli V. auia, Ferdinandi vxor, Anno domini 1514, exeunte extinguitur.
Ferdinandus rex Hiſpaniæ Caroli V. auus maternus, deceſſit anno domini 1516.16.*Ian.*
Aloyſia Franciſci I. regis mater, obijt ſuum diem, ni fallor, anno domini 1532.5.*cal. Nouemb.*
Iohanna Semeria enixa Edoardum, moritur anno 1537.26.*Octob.*
Henricus VIII.*Rex Angliæ* 1546.28.*Ian.*

REGVM DANIAE ET COMImitum Holſatiæ.

H*Araldus rex Daniæ, obijt anno domini* 980.1.*Nouem.*
Canutus, filius VValdemari I. 1210.11.*Nouemb.*
VValdemarus III.*anno domini* 1231.26.*Nouemb.*
Canutus dux Lalandiæ, filius regis VValdemari III.*anno* 1260.15.*Octobris.*
Viburgis vxor Marchionis Brandeburgenſis, Erici regis filia, obijt 1300.29.Septemb.
Agnes regina Daniæ vxor Erici Regis, obijt anno domini 1300.23.*Sept. filia fuit Alberti Marchionis Brandeburgenſis.*
Ericus filius Erici regis, obijt anno domini 1319.13 *Nouemb.*
VValdemarus IIII.*filius Chriſtophori regis, obijt* 1375.24.*Octobris.*
Margaretha filia huius VValdemari trium Borealium regnorum potentiſſima regina, obijt anno domini 1412.27.*Octob.*

Chriſtophorus rex Daniæ, & Dux Bauariæ, Anno 1468. 6. Ianuarij.

Iohannes Chriſtierni I. *filius obijt 1513. die 20. Februarij.*

Anna filia regis Friderici primi in iuuenilibus annis peſte perijt in Schleſevvick, Anno 1535. 21. Septembris

Fridericus Friderici I. *regis filius, Epiſcopus Hildesheimenſis, obijt Anno 1556. 27. Octobris.*

Chriſtianus III. *1559. 1. Iauuarij*

Chriſtiernus II. *1559. 25. Ianuarij.*

Dorothea regina Chriſtiani III. *vxor mortua anno Domini 1571. 7. Octobris.*

Dorothea filia Fridericij primi regis Danorum, coniunx Chriſtophori ducis Megapolenſis obijt anno 1575. 11. Nouemb.

Iohannes dux Holſatiæ filius Friderici I. *regis 1580. vltimo Septemb.*

Magnus Chriſtiani III. *regis Danorum filius, Epiſcopus in Liuonia in Oſel,* Churlandt *&* Wick, *mortuus an. ætatis 42. Anno domini 1583. in Hyeme.*

SEQVENTES COMITES HAMBVRgi ſepulti ſunt, durante adhuc monumentorum inſcriptione, vnde dies obitus eorum deſumptus eſt.

Comes Ioannes I. *filius Adolphi Comitis Holſatiæ, & Schovvenburgenſis, obijt Anno Chriſti 1266. 23. Febr.*

Gerhardus, Prioris frater 1281. 21. Decemb.

Gerhardus II. *Gerhardi* I. *filius, obijt anno 1312. 25. Octob.*

Gerhardus, Comes Holſatiæ ac Stormariæ, filius Comitis Gerhardi, fratris Comitis Ioannis II. *in magna peſtilentia Segebergæ obijt, & in Abbatia Reinfeldenſi ſepultus, vt ex monumento ibidem illi erecto conſtat. Anno domini 1350. 13. Aug.*

Adolphus filius Ioannis II. *1380. 26. Ian.*

Eliſabetha coniunx Nicolai Comitis Holſatiæ, ac Schovvenburgenſis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

genſis, Itzehoæ humata, obijt anno domini 1388. 5. Feb. quemadmodum ex ære lapidi inciſo conſtat.

Albertus Comes Holſatiæ, ac Stormariæ, Henrici filius, equo lapſus eſt, in Dithmarſia cum prædas ibidem ageret, ex quo caſu paulo poſt mortuus anno 1403. 29. Sept. & Itzehoæ ſepultus.

Adolphus V. Dux Schleſeuicenſis, & Comes Holſatiæ, ſepultus in Itzehoa, obijt anno 1459. 4. Decemb. Lubecæ.

ELECTORES SAXONIAE ET Brandenburgenſis, ac Comites Norinbergenſes.

M*archio Henricus* I. *Miſniæ, mortuus cum Epiſcopum Bennonem verberibus mulctaſſet, anno domini 1106. menſe Auguſti.*

Dedo Comes Rochlitzij anno domini 1119 16. Auguſti.

Agnes filia VVenzelai regis Boemiæ, vxor Henrici II. *Marchionis Miſniæ, Palatini Saxoniæ, Landgrauij Thuringiæ, obijt 1268. 13. Septembris.*

Hēricus II. *Marchio Miſniæ, Palatinus Saxoniæ, Lādgrauius Thuringiæ obijt anno domini 1288. 25. Februarij. Dreſdæ.*

Fridericus Idel, Friderici primi filius, Burggrauius Norinbergenſis moritur anno 1290. 14. Auguſti, ſepultus Heilbrunni. Reinec.

Fridericus Claudus, Marchio Miſniæ, obijt anno 1315. 13. Ianuarij.

VValdemarus II. *Elector Brandeburgenſis, anno 1319. 7. Sept.*

Ioannes Georgij, Ducis Saxoniæ filius, anno 1339. 26. Febr.

Ioannes Friderici II. *filius, Burggrauius Norinbergenſis 1357. 7. Octob. Reinec.*

Fridericus III. *Burggrauius Norinbergenſis, mortuus Blaſſenburgi, Anno 1394. 21. Ianua.*

Fridericus Bellicoſus I. *Elector Brandeburgenſis, ex familia Burggrauiorum, anno domini 1440. 21. Sept.*

Sigiſmūdus Epiſcopus VVirtzburgenſis, dux Saxoniæ, moritur in exilio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

exilio Rochlitzij, anno Domini 1457.24.*Decemb.*
Elector Fridericus II. Saxoniæ, anno 1464.7.*Septemb.*
Fridericus II. filius Friderici I. Electoris Brandeburgenſis, an. 1470. 10.*Febr.*
Erneſtus Saxoniæ Elector III. *obijt anno* 1486.26.*Auguſti.*
Albertus dux Saxoniæ, anno 1500.12. *Septemb. obijt in Friſia.*
Zedena Alberti coniunx, filia regis Bohemiæ, mortua anno 1510.1. *Februarij.*
Sophia Caſimiri III. *filia, & Friderici Brãdeburgenſis in Onolsbach coniunx, moritur anno Domini* 1513. *in Ianuario.*
Erneſtus dux Saxoniæ, Epiſcopus Magdeburgenſis, anno eodem 3. *Auguſti.*
Dux Seuerinus Henrici ducis Saxoniæ filius, Oeniponte mortuus Anno 1533. *in Octobri.*
Barbara Georgij Ducis Saxoniæ coniunx, obijt anno 1534. 17. *Ianuarij.*

NOSTRA ETIAM AETATE MENSIBVS prædictis obierunt principes ſequentes.

Anno Domini 1534.

C*Lemens* VII. *Papa* 25. *Septembris*
Magdalena filia Georgij ducis Saxoniæ, vxor Ioachimi II. *Electoris Brandeburg:* 28. *Decembris*

Anno 1535.

Franciſcus Sphortia vltimus dux Mediolanenſis vltimo Octob.

Anno 1536.

Obijt Catharina Hiſpanica, quam Henricus rex Angliæ ante triduum repudiauerat, menſe Ianuario.

Anno 1537.

Ioannes Ducis Georgij Saxonis filius 11. *Ianuarij.*

Anno 1539.

Fridericus Georgij, Saxoniæ Ducis filius 27. *Febr.*

Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Anno 1541.

Henricus Dux Saxoniæ, Comes Miſniæ, 19. Auguſti.

Anno 1542.

Iacobus Rex Scotiæ, 12. Decembris.

Ioannes IV. Luſitaniæ Rex, 2. Ianuar.

Anno 1543.

Georgius Marchio Brandēburgenſis, Friderici frater & ſucceſſor Onolsbachij, 17. Decemb.

Anno 1545.

Carolus dux Aureliæ, 9. Nouemb.

Albertus Cardinalis Archiepiſcopus Moguntinus, 24. Septembris.

Anno 1546.

Erneſtus Dux Luneburgenſis mortuus, 11. Ianuar.

Catharina Regina Angliæ, 6. Auguſti.

Anno 1547.

Henricus VIII. Rex Angliæ, 26. Ianuarij. Polydor.

Petrus Bembus Cardinalis Romæ, 18. Ianuarij.

Anna regina Rex Vngariæ, regis Ferdinandi coniunx, extinguitur in partu filiæ, 27. Ianuarij.

Fridericus II. Dux Lignicenſis, 17 Septembris.

Iacobus Sadoletus, Cardinalis, Romæ menſe Octobri.

Anno 1548.

Albertus Dux Megapolenſis, filius Magni, menſis Ianuarij die 10.

Anno 1549.

Paulus III. Pontifex. 10. Nouemb.

Ottho Dux Luneburgenſis moritur 11. Auguſti.

Franciſcus Dux Luneburgenſis, 23. Nouemb.

Anno 1550.

Granuellanus Caroli V. Cæſaris Conſiliarius & Cancel. intimus, ſub exitu Auguſti.

Vlricus Dux VVirtenbergenſis, in principio Nouemb.

Magnus Dux Megapolenſis Henrici filius, Epiſcopus Suerinenſis, obijt 28. Ianuarij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Anno 1551.

Ioannes Princeps Anhaldinus, Zerueſtæ, 4. Februarij.

Anno 1552.

Henricus Dux, Megapolenſis, 6. Febr.

Hermannus Epiſcopus Colonienſis, 15. Auguſti.

Fridericus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Marchio Brandeburgenſis, 3. Octob.

Paulus Iouius Nouocomenſis, Epiſcopus Nucerinus, hiſtoriarum ſcriptor celeberrimus, 11. Decemb.

Mauritius Huttenus, Epiſcopus Eiſtetēſis, mortuus in Decemb.

Anno 1553.

Ioannes Erneſtus Dux Saxoniæ, 8. Februarij.

Georgius princeps Anhaldinus, 17. Octob.

Anno 1554.

Sibylla coniunx Ioannis Friderici Electoris, 21. Febr.

Anno 1555.

Agneta olim Electoris Mauritij coniunx, poſt cuius mortem nupſit Ioanni Friderico, mortua 4. Nouemb.

Anno 1556.

Fridericus, Philippi filius, Palatinus Elector, 26. Febr.

Ioannes Comes de Iſenberch, Elector Treuerenſis, mortuus in Februario.

Adolphus Archiepiſcopus Colonienſis, Comes Schavvenburgenſis, 20. Septemb.

Fridericus frater Chriſtiani III. Regis Daniæ, coadiutor Bremēſis, Epiſcopus Hildesheimenſis & Sleſvvicenſis, moritur 27. Octob.

Albertus Alberti, ducis Megapolenſis filius, 19. Decemb.

Anno 1557.

Albertus Marchio Brandeburgenſis Caſimiri filius, exul in oppido Marchionum Badenſium, quod dicitur porta Hercinia, 8. Ianuarij.

Anno 1558.

Carolus V. in Hiſpania, die Matthæi Apoſtoli, 21. Septemb.

Gerhardus Comes Mansfeldenſis, 13. Septemb.

Antonius de Schavvenburg, Archiepiſcopus Colonienſis, 21. Septemb.

Eo-

Eodem die & anno Georgius Comes VVirtenbergenſis.

Maria Regina Angliæ, 17. Nouemb.

Et poſt illam Reginaldus Polus Cardinalis, natus ex nepte Eduardi quarti, Regis Angliæ.

Anno 1559.

Chriſtianus tertius, Rex Daniæ, 1. Ianuarij.

Chriſtiernus ſecundus Rex Daniæ, expulſus regno, obijt 25. Ianuarij.

VVilhelmus princeps & Comes Hennenbergenſis, 26. Ian.

Anna de Honſtein, comitiſſa Alberti Mansfeldenſis Comitis, moritur 4. Febr.

Ottho Henricus, Elector Palatinus, 12. Februarij. Chytræus.

Henricus Rex Galliæ, accepto vulnere in ludo equeſtri, 10. Aug.

Paulus quartus PP. 18. Auguſti.

Hercules dux Ferrarienſis, 3. Octob.

Anno 1560.

Philippus dux Pomeraniæ, 14. Feb.

Ioannes Fridericus, Iohannis Friderici Electoris nepos, 8. Auguſti.

Guſtauus Rex Sueciæ, 29. Septemb.

Franciſcus ſecundus, rex Galliæ, 5. Decemb.

Anno 1561.

Ioachimus princeps Anhaldinus. 6. Decemb.

Anno 1562.

Iohannes Gebhardus, Epiſcopus & Elector Colonienſis, Comes Mansfeldenſis, 12. Nouemb.

Anno 1564.

Philippus Comes Mansfeldenſis, obijt Norimbergæ, 13. Ianuarij.

Sabina Comitiſſa Palat. ad Rhenum Vlrici VVirtembergenſis coniunx, 30. Auguſti.

Ioannes Vngnadius, Baro in Sonneck. 27. Decemb.

Anno 1565.

VVolffgangus ſenior, Comes de Barby, 24. Januarij.

Magdalena de Schwartzburg, *vxor Iohannis Alberti Mãſ-feldenſis, 7. Septemb.*

Alexander Auguſti Electoris filius, 8. Octob.

Ioannes Fridericus III. Dux Saxoniæ, Ioannis Friderici I. filius, vltimo Octobris.

Catharina de Henneberg, vxor Comitis de Schwartzburg/ *7. Nouemb. Spangebergius.*

Pius IIII. Papa, obijt 9. Decemb.

Catharina Romani Imperij Burggrauia Miſnenſis, nata ex ſtirpe principum Brunſuicenſium. 10. Decembris.

Anno 1566.

Maria filia Electoris Auguſti, 6. Ian.

Solymannus Imperator Turcicus, 4 Septemb.

Sigiſmundus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, 12. Septemb.

Magdalena Comitis de Vngnaden coniunx. 16. Nouembris. Viennæ.

Anno 1567.

Magnus Auguſti Electoris filius, 6. Nouemb.

Anno 1568.

Eberhardus Dux VVirtembergenſis, 2. Februarij.

Henricus Comes Bredenrodius, menſe Februario.

Carolus Archidux Auſtriæ, Philippi regis Hiſpaniarũ filius, in Octobri. Michaël Eitzingerus.

Anna nata ex proſapia Brunſuicenſium, coniunx Barnini Senioris Ducis Pomeraniæ, 6. Nouemb.

Henricus Senior Burggrauius Miſnenſis, 29 Decembris.

Anno 1569.

Sybilla Maria, Ioannis VVilhelmi, Ducis Saxoniæ vxor, moritur, 7. Septemb.

Ludouicus Comes Oettingenſis, 1. Octobris.

Agneta principiſſa de Anholdt. 27. Nouembris. Spangebergius.

Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Anno 1570.

Auguſtus Auguſti Electoris filius, 12. Feb.

Maria de Montmoranſi, vxor Comitis Petri Erneſti de Mãſfeldt, 5. Auguſti.

Chriſtianus Comes Oldenburgenſis Antonij filius, 6. Aug.

Fridericus III. Dux Lignicenſis 15. Decembris.

Anno 1571.

Ioachimus II. Elector Brandeburgenſis, 3. Ianuarij.

Ioannes Marchio Brandeburgenſis, Ioachimi II. frater, 13. Ianuarij.

Dorothea regina Daniæ Vidua Chriſtiani III. vxor, 7. Octobris.

Anno 1573.

Antonius Comes Oldenburgenſis, die 22. Ianuarij.

Philippus de Norcarmes Hannoniæ præfectus, 1. Februarij.

Hedvvigis, filia Sigiſmundi primi, regis Poloniæ, coniunx Ioachimi ſecundi Electoris Brandeburgenſis, 7. Februarij.

Burghardus de Obergen Epiſcopus 51. Hildeſemẽſis, mortuus eſt 23. die Februarij.

Anno 1574.

Sidonia, Electoris Auguſti ſoror, Erici Brunſuicenſis coniunx, 4. Ianuarij.

Carolus IX. Rex Galliæ moritur 24. Septemb.

Sabina filia Georgij Marchionis Brandeburgenſis, coniunx Ioannis Georgij Electoris Brandeburgenſis, 2, Nouembris.

Selymus Imperator Turcicus, 13. Decembris.

Carolus Cardinalis Lotharingiæ, mortuus poſt Carolum regẽ, pactis in Francia inducijs, 23. Decembris.

Anno 1575.

Dorothea filia Friderici regis Daniæ, coniunx Chriſtophori principis Megapolitani, & Epiſcopi Ratzeburgenſis mortua 11. Nouembris. & ſepulta 8. Decemb. in Guſtrovv à ſorore Eliſabetha.

Anno 1576.

Ioannes Albertus dux Megapolitanus, 12. Febr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Maximilianus Imperator, 12.Octob.

Fridericus Palatinus Rheni Elector, 26.Octob.

Anno 1578.

Ioannes de Auſtria Caroli V. filius illegitimus, 2. Octob.

Anno 1579.

Albertus Dux Bauariæ, 23.Octob.

Maximilianus, Comes Buſſouinus, 25.Decemb.

Anno 1580.

Henricus rex Portugalliæ antea Cardinalis, 31.Ianuarij.

Philippus Ludouicus, Comes ab Hanavv & Reineck, Dominus in Munzelberg, 4. Febr.

Ioannes Dux Holſatiæ, Chriſtiani tertij. Regis Daniæ frater, vltimo Septembris.

Anna Regina Hiſpaniæ, Philippi regis coniunx, filia Maximiliani ſecundi, moritur in Hiſpanijs, vbi nata fuerat. 25.Octob.

Caſparus Schetus, Dominus de Groſebeck & Baro in VVeſemal regis Hiſpaniarum ærarij præfectus, Hannoniæ moritur, 9. Nouembris.

Anno 1582.

Philippus Comes de Lippe, Spiegelberg, & Peremonde, vltimus eius familiæ, obijt in iuuentute, 11. die Febr.

Ferdinandus Toletanus Dux Albæ, obijt Lisbonæ, 12. Decembris.

Ottho vltimus Comes de Hoia & Bruckhuſen, mortuus 27. Februarij, poſt cuius obitum Comitatus ille peruenit ad Duces Brunſuicenſes & Luneburgenſes.

Anno 1583.

Philippus Baro à VVinneberg, iudex imperialis Cameræ, obijt Spiræ. 8. Auguſti.

Catharina regina Sueciæ, Ioannis coniunx, ſoror regis Poloniæ Sigiſmundi Auguſti, mortua 16. Septemb.

Ludouicus Comes Palatinus, Elector mortuus, 12. Octob.

Huma mater præſentis Sultani Muratæ, obijt 29. Nouembris. Anno 83. Ex Reinero Reineccio.

Geor-

Georgius Erneſtus, vltimus princeps Hennebergenſis, mortuus, 15. Decemb.

Ex tot enumeratis exemplis, quorum immenſus poſſet colligi numerus, apparet, menſibus hybernis plures, q̃ æſtiuis abripi mortales.

Confirmat etiam hanc meam opinionem morbus, qui anno Domini 1580. totum ferè terrarum orbem peragrauit, & ex oriente ac meridie ad occaſum & ſeptentrionem contendit, atq; his in locis ſeptentrionalibus, & inferiori Germania, ac Dania, in Octobri, Nouēbri, Decembri, graſſatus eſt, quo non pauci extincti ſunt. Affirmare etiam ferè auſim: Peſtilentiam prædictis magis menſibus, quàm alijs, præſertim his locis Cymbricis & ciuitatibus maritimis ſeu Vandalicis, ſæuire.

Plinius ſcribit libro ſeptimo, obſeruatum eſſe ſuo tempore, à meridianis partibus ad occaſum Solis peſtilentiam ſemper ire, nec vnquam ferè aliter, niſi hyeme, nec vt ternos excedat menſes.

Et veteres rectè dixerunt: Autumnum mortalibus eſſe lethiferum. Approbat id ſatis morbi genus, ſudor Gallicus dictus, qui maximè in Septembri viguit anno Domini 1529. Et exemplum hiſtoriographis notum, quod anno Domini 1348. Lubecæ ipſo die Laurentij, hoc eſt, 10. Auguſti, perierunt mille & ſeptingenti homines ſpacio 24. horarum. Peſtilentiales item, & alij morbi, qui patrum memoria ac noſtro ſeculo contigere. Affirmant hoc etiam paſtores & æditui in Eccleſijs parochialibus his, & multis alijs Ciuitatibus ac locis, cum quibus ego ſermonem contuli.

Polybius lib. 9. ſcribit: Durante bello Romanorum aduerſus Equos, ſenatorum quartam partem interijſſe, ambosq; Conſules, tribunos ferè omnes: Et primo plauſtris cadauera extra vrbem exportata, deinde in Tyberim cōiecta fuiſſe. Ac cœpiſſe eam luem circiter Calendas Septembris.

Sabellicus narrat, circa tertium Genuenſium bellum cum Venetis, atrocem peſtilentiam exortam eſſe, eamq; initium primum habuiſſe in Scythia. Deinde circa Pontici maris oram, & Helleſpontum graſſatam eſſe, & poſtea fere totum Occidentem infeſtaſſe.

Autor Chronicæ Hieroſolymitanæ ſcribit; Quod ſit orta plaga maxima mortalitatis in vrbe Antiochia, ex qua primo venerabi-

lis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

lis præſul de Podio, vnus ex præcipuis, qui cum Godefrido ſacram militiam profeßi ſunt, vitam Calendis Auguſti finiuit.

Et hæc adeo ſæuijt, vt per ſpacium fere ſex menſium, videlicet Auguſti, Septembris, Octobris, Nouembris, Decembris & Ianuarij, ſingulis fere diebus centum & quinquaginta vel triginta ad minus ſpiritum exhalarint, ita vt in illo ſemeſtris ſpacio vtriuſq; ſexus ſupra centum millia perierint.

Grauißima fuit peſtilentia, quæ noſtris temporibus anno Chriſti 1564. Germaniam, & Galliam peruagata eſt. Et certè nulla domus fuit Baſileæ, quam non lues iſta corripuit, mortuus eſt inter alios, Theologus Martinus Borrhemus, Anno ætatis 64. 5. Idus Octobris. Et peſtis illa maximè ſæuijt hybernis menſibus.

Ex Theatro vitæ Humanæ.

Addo & hoc quod egomet ex multorum hominum obitu compertũ habeo, quod graui & periculoſo morbo ſenes decumbentes, vt plurimum animam reddere ſoleant, Luna in prima vel ſeptima cœli domo exiſtente, raro in decima & quarta domo, nunquã ferè in reliquis. Si autem accidit, vt Luna ſit in alijs domibus, tunc hoc ſignum in quibus Luna verſatur, eſt in prima, decima, ſeptima, aut quarta natiuitatis morientis. Quod pluribus exemplis à me & alijs multoties eſt obſeruatum. Ratio autem cur hæc ita plerunq; contingant, alio loco à me exponetur.

Idem etiam videtur aliqua ex parte affirmare Plinius ex Ariſtotelis ſententia, lib. 2. cap. 98. Vbi dicit, nullum animal in Oceano Gallico, niſi æſtu recedente (ſcilicet ex Oceano in terram, vt ego intelligo) exſpirare aut extingui: quod fit, cum Luna tendit ad primã & ſeptimam Domum, illasq; domos peragrat. Addit Plinius in homine illud compertum.

Aliqui volunt, quod homines qui nati ſunt creſcente Luna, pereant decreſcente, & ſic ècontra, quod ego affirmare nolo: etiamſi habeam tria domeſtica exempla, in matre mea, & duobus proprijs filijs, tamen vna hirundo non facit Ver, Et quia aliqua contraria exempla etiam memini, alijs idipſum per experientiam diſcutiendum relinquo. Nam non à raris contingentibus, ſed ab ijs, quæ plurimùm eueniunt obſeruationes conſtituere oportet.

Sed

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Sed hoc etiam admonere operæ precium eſſe duxi, quod à maioribus accepi, ipſeq́ met deprehendi, quod nonnunquam ex patribus deriuentur morbi in filios, ita vt ferè ſimili genere ægritudinis afficiantur, ſæpe etiam circa idem ætatis tempus, & interdum pari mortis genere extinguantur, ſimileſq́ exitus ſortiantur, tam in annis Climactericis, quàm in reliquis. Et hoc præſertim in familijs animaduerti poteſt cum earum aliquæ ſint longæuæ, aliæ verò parum durabiles, aliæ παραφρόνησιν & metis errorem, quaſi hæreditariam habeāt, nonnullæ etiā fœdo & tragico exitu pereāt, vt Poeta dicit:

Naturæ ſequitur ſemina quiſque ſuæ.

Et Cicero: Nonne vides & formas & mores, & motus, ac pleroſque ſtatus effingere à parentibus liberos.

Et Plinius Iunior de Cornelio Rufo ſcribit, illum tertio & trigeſimo ætatis anno pedum dolore correptum eſſe, qui morbus illi patrius erat. Nam plerumque morbi quoque per ſucceſſiones quaſdam, vt alia traduntur.

Segebergæ nuper fur ſuſpēſus eſt, cuius frater, pater ac auus propter furtum laqueo ſtrangulati ſunt, & alibi his ſimilia accidiſſe audimus.

Maiores etiam fuerunt in eadē opinione. Nam Pauſanias dicit, quòd omnes ex gente & nomine Aeacidarum diuinitus oblata nece occubuerint. Cui Iuſtinus addit: Pleroſque Aeacidarum intra annum triceſimum defunctos eſſe.

Dauid regnauit in Hebron annos ſeptem, & ſex menſes, 2. Samuel. 5. In Hieruſalem autem annos 33 2. Samuel 5. qui anni collecti faciunt 40

Salomon ſcribitur, regnaſſe annos 40

& vixit annos 59

Secundum Leonhardum Kreintzheim, à quo Bucholzerus non valde diſſentit, qui ſcribit, ipſum vixiſſe annos 60

Ieroboam filius eius, vixit 57. 1 Reg. 4.

Nepos eius Aſſa, regnauit annos 40. & multi putant, illum ad regnum perueniſſe anno 19. ita vt tantum vixerit 59

Ioſaphat filius huius, rex in Iuda moritur anno ætatis 60. Nam regnum adeptus eſt anno ætatis 35 & regnauit 25. annos: qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

anni collecti faciunt 60

Agathias lib. 4. inter alios Perſarum reges enumerat etiam Nerſen, & illum regno præfuiſſe annos 7 & menſes 9. eiuſq; filiũ Miſdatem in principatu ſucceſſiſſe, patrisq; hæredem effectum, non ſolum potentia, ſed annorum etiam & mẽſium æqualitate & ſpacio pari. Et admiratione dignum eſſe ſcribit, patri filioq; annos, menſeſq; Imperij fuiſſe pares.

Trecenti ſex Fabij omnes patricij, omnes vnius gentis, ad vnum omnes vno die cæſi ſunt teſte Liuio.

Plutarchus ſcribit, tres Fabios ad Brennum ducem Gallorũ miſſos, quorum cùm vnus dictus Ambuſtus interfectus eſſet, cæteros cum fratribus ipſius contra Brennum tribunos militum electos eſſe, & cum eo prope flumen Alliam in plenilunio circa Solſtitium æſtiuale prælio decertantes perijſſe, quo die ante quoq; ingens Fabiorum accepta clades fuerat, ex qua familia trecenti, vt iam dictum eſt, fuerant ab Hetruſcis cæſi.

Paterculus deſcribens pugnã Vari cum Arminio Cheruſcorum Duce, inter alia hæc profert. Duci Varo plus ad moriẽdum, quàm ad pugnandum animi fuiſſe. Quippe paterni aui q; exempli ſucceſſor, ſeipſum transfixit. Ex quo conſtat, quod auus, pater, ac filius ſeipſos interfecerint.

Cn. Pompeius Strabo, pater Pompeij Magni, fulmine ictus perijt: Ipſe Pompeius, cùm poſt pugnam Pharſalicam ad regem Aegypti maximis à ſe beneficijs affectũ confugeret, in naui, antequam portum ingrederetur, eſt interfectus. Eius filius natu maior in Hiſpania preijt, quemadmodum minimus in Aſia. Ita morte violenta extra patriam extincti ſunt auus, pater, & filij, ac longè diſſitis locis ſepulti. Quemadmodum etiam A. Pompeius ſubito è vita deceſſit, cùm in æde Iouis Capitolini ſacra feciſſet.

Duo Cæſares, Prætor, & prætura perfunctus Dictatoris Cæſaris pater, hic Piſis exanimatus, ille Romæ dum calciantur matutino tẽpore teſte Plinio.

Heluidiæ ſorores ambæ à partu, cùm filias enixæ eſſent, obierunt ſuperſtitibus filiabus, vt Plinius Iunior in Epiſt. ad Cerealẽ refert.

Theodoſius Imperator Conſtantinopolitanus, vixit annos 49 men-

menſes 3. dies 19.

Honorius filius Theodoſij vixit annos 49
menſes 11. dies 7.

Cæcilius Arborius auus Auſonij Poëtæ, vixit annos 99

Iulius pater Auſonij, vixit ſimiliter annos, 99
vt conſtat ex Epicedijs Auſonij.

Ottho II. & Ottho III. ambo in iuuenili ætate ad imperium peruenerunt, ambo vix 28. ætatis annum compleuerunt. Ottho II. ex telo infecto aut veneno, vt nonnulli, ſcribunt. Sic etiam filius Ottho III. à Creſcentij vidua veneno ſublatus, perijt pater 8. Decemb. Filius 28. Ianuarij. Nomen, dignitas, conditio, ætas ac genus mortis eadem in his fuerunt, & interſtitio 50. dierum in hyeme ambo extincti, cum & pater ac auus horum, nomine Ottho primus & magnus Imperator fuerit.

Ottho, poſt Ottho regnauit tertius Ottho. Spangeberg.

Habemus etiam exemplum in familia regum Daniæ.

Adolphus V. dux Sleſvvicenſis, & Holſatiæ Comes, auunculus Chriſtierni primi Daniæ regis, cuius ope, à proceribus Regni electus eſt, & ad Comitatum Holſatiæ, mortuo Adolpho, iure emptionis peruenit, præfuit ditionibus ſuis vltra annos 32
vixit annos 56

Gubernare incepit, annum agens vitæ 24

Chriſtiernus ex ſorore Adolphi natus, primus Rex Daniæ, Noruegiæ, ac Sueciæ, regno præfuit Danico annos integros 33
vixit annos 56

In Regem Daniæ electus, cum ageret annum ætatis 24

Ioannes Rex Chriſtierni filius, præfuit, vt pater, regno annos 32
vixit annos 58

Incepit gubernare, annos natus 25

Chriſtiernus III. Friderici filius præfuit regno à coronatione annos 22
Ab electione verò 24
E viuis exceſſit, anno ætatis 56

Ioannes Dux Holſatiæ, Friderici filius, Chriſtiani III. frater, præfuit etiam ducatibus vltra annos 32

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

obijt anno ætatis 59
Gubernationis initium fecit ætatis ſuæ anno 27
Fridericus modernus Rex Daniæ, ac Noruegiæ, regni habenas ſuſcepit, anno Chriſti 1559
Annos habens 24
& aliquot menſes.
Agit iam anno ſalutis 1585. ætatis ſuæ annum 51
Regno feliciter præfuit annos ferè 26

Eſt & animaduerſum à me, quòd multi Reges Daniæ, regno præfuerunt vltra annos 30. aut circiter, vt Ericus Rex Daniæ, Dux Pomeraniæ, Margareta filia VVoldemari, VVoldemarus Chriſtophori filius, Ericus, Erici filius, VVoldemarus primus, VVoldemarus, ſancti Kanuti filius: Ericus Chriſtophori filius, Sueno, Kanuti Magni ex ſorore nepos, Kanutus Magnus, Et adhuc plures.

Ludouicus Rex Franciæ XI. Cominæo referente dicere ſolitus fuit: Galliæ reges à multis temporibus ſexageſimum ætatis annum non exceſsiſſe, quod etiam hiſtoriæ teſtantur. Ipſemet Ludouicus vix ſexageſimum primum attigit. Poſteriores autem reges omnes vſq; in hunc diem hanc ætatem non ſunt aſſecuti.

Duces aliquot Auſtriæ, & reges Vngariæ ac Bohemiæ, aut veneno, aut in bello, eadem ætate fere perierunt.

Albertus II. dux Auſtriæ habuit filiam, quæ genuit ex Domino Rapelſtein *filium, qui intoxicatur anno ætatis* 18
Cuſpinianus.

Albertus IIII. dux Auſtriæ, Alberti II. Romanorum regis pater, cùm Marchionem Morauiæ oppugnaret, accepto lethali poculo diſſenteria in mortem ſolutus eſt. Cuſpinianus.

Eius filius Albertus II. Sigiſmundi gener, pater Ladiſlai, Rex Vngariæ, Bohemiæ, Imperator, ac dux Auſtriæ, in ſolutionem ventris etiam incidit, & non ſine ſuſpicione veneni periјt, cuius eſt dictum: O monſtroſa fortuna, vno anno tria regna conſecutus ſum, diuinans ſibi vitæ finem inſtare. Nam vnum annum & aliquot mēſes regnis præfuit.

Ladiſlaus Rex Vngariæ ac Bohemiæ, præcedentis Imperatoris Alberti filius poſthumus, cùm ſponſam Magdalenam regis Galliæ filiam

filiam expectaret, veneno perÿt intra horas 36 ſanus, viuus & mortuus fuit, anno ætatis 18

Vladiſlaus Iunior, rex Vngariæ ac Poloniæ, ad Varnam à Turcis interfectus eſt, anno ætatis 21

Ludouicus vltimus, rex Vngariæ Vladiſlai Caſimiri filius Turcas fugiens, in palude mortuus eſt inuentus, anno ætatis 71 *Stephanus Broderith, huius Ludouici Procancellarius.*

In Scotia fuerunt quinq; reges ſibi inuicem hæreditario iure ſuccedentes ex vna familia, nomine Stuart, Iacobi dicti: Horum nonnulli in iuuentute capti, deinceps liberati, omnes ferè in bello circa eandem ætatem perierunt, excepto Iacobo V. & vltimo, qui moto bello ab Anglis ſuperatus, & accepto nuncio de obitu duorum filiorum, qui ambo vno die in diuerſis locis peſte extincti erant, mœrore perÿt. Quomodo autem Rex Henricus ex eadem familia noſtro tempore vxoris inſtinctu anno domini 1567. interemptus ſit, omnibus notũ eſt. Maria vxor eius filia Iacobi V. paulò pòſt capta eſt, & adhuc in Anglia captiua detinetur. Et cùm Scoti centum & quinq; reges numerant, ex his quinquaginta aut in bellis cecidiſſe, aut à proceribus regni peremptos eſſe, ex annalibus ipſorum colligitur.

Præterito anno contigit hic in Holſatia in nobili familia Aueldica, vt mater, filius & filia in vna ſeptimana morerentur, & vno die in auitis monumentis deponerentur: cùm tamen diuerſis locis obierint.

Illuſtriſsima Calabriæ ducíſſa Hippolyta Sfortia, vna cum filio ſuo Domino Petro ægrotare cepit, & eadem hora affligebantur ambo continuè. Et, quod plus eſt, matre cibum appetente filius quoque eum poſcebat, & ſemper in illa infirmitate ambo eadẽ appetebant, Neutro interim de alterius affectu quicquam ſciente.

Hoc ex aſtrorum eueniſſe pari influentia, vel directione ſimili, verè concluditur, vt Pirouanus refert.

Aurantÿ aliquot principes ordine ſe ſubſequentes & Naſſauiorum aliquot comites bombardis ſunt interfecti. Primo Philebertus Aurantÿ prorex Neapolitanus Caroli V. in obſidione Florentina globo eſt traiectus.

Deinde ex eius ſorore nepos Reinerus Naſſauius Aurantÿ prin

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ceps obſidens Fanum Deſiderij globo è muris exploſo ictus, occubuit.

Tertio etiam Guilhelmus Naſſauius dicti Reineri patrui filius, & princeps Aurantij, Anno 1584. menſe Iunio die 30. tribus plumbeis globulis, è parua bombarda à Burgundione nobili emiſsis vita priuatus eſt. Quemadmodum etiam conſtat, ante aliquot annos fratres eius Henricum, Adolphum & Ludouicum Naſſauios in prælijs Belgicis interfectos eſſe, quos multi etiam opinantur bombarda traiectos eſſe.

Adolphus etiã ex eadẽ Naſſauica familia Imperator, in cõflictu cæſus, perijt. Et Philippus Naſſauiæ Comes, in Suſatenſis VVeſtphaliæ oppidi obſidione pila ænea confoſſus perhibetur, In Chronicis vrbis Lippiæ. Et eiuſdem familiæ Comes in conflictu Papienſi ex parte Regis Galliæ ſphærula ictus occubuit, perhibente Sebaſtiano Frãck in Chronicis ſuis.

Thomas Haueretus Dux Norfolciæ, maieſtatis læſæ accuſatus anno 1572. Londini, cum duabus eius propinquis ſecuri fuit percuſſus à Regina Angliæ. Eodem genere ſupplicij, & ob eandem cauſam, pater, auus, ac proauus eius, ſunt affecti. Et quintus, anno 1585 ſimiliter capite plexus, perijt. Ita, vt quinq; eius familiæ, ſibi ſuccedentes, eodem genere mortis fuerint oppreſſi, teſte Buchanano.

Inter exempla enarrata Vitelliorum in Italia 4. Fratrum caſus & exitus, quo modo miſerabili, ſed diuerſo genere mortis omnes conciderint, commemorare lubet, ex Iouio.

Ioannes ſiquidem natu Maximus ad Auxinum in oppugnatione, tormento diſcerptus interijt.

Alter Camillus in Apulia Circellum oppidum capere contendens molari lapide ſupernè deiecto eſt oppreſſus.

Paulus Vitellius perfidiæ accuſatus, vir inſons captus, & ſecuri percuſſus eſt.

Vitellocius Vitellius cum Paulo Vrſino ſocero à Cæſare Borgia eſt ſtrangulatus.

Hi ſine dubio congruentes ſyderum poſitus ac influentias calamitoſam mortem efficientes habuerunt.

Similis eſt de Mauritio Imperatore hiſtoria, cuius vxor, tres filij

filÿ, & filiæ, demum infans, quem lactantem nutrix occuluerat, ne tota Mauritÿ ſtirps interiret, & ſuum filium pro alumno dabat.

Ac tandem ipſe Mauritius Cæſar, ſecuri truncatus eſt, iubente Phoca Imperatore. Qui fera hac crudelitate nondum ſatiatus, poſtea, pro Theodoſio ad Coſroen miſit, & occidi fecit. Et Petrum Mauritÿ fratrem, filiamq́ Germani, & in vniuerſum omnes Mauritio ſanguine iunctos interfecit. Ita Cuſpinianus ex Ioannis Monachi, & Pauli Diaconi hiſtoria.

Georgius Cedrenus Græcus auctor, Anno, inquit, quinto, Phocas multos Mauritÿ amicos necauit, & cremauit: Conſtantinam, cum tribus filiabus in portu Eutropÿ, vbi & Mauritius fuerat occiſus, capitibus truncauit, multos quoq; inſignes viros de palatio, & inferioris ordinis innumeros interfecit.

Liber de Antiquitatibus Vrbis Conſtantinopolitanæ, Rubrica quarta, eandem hanc hiſtoriam ita commemorat.

Phocas Tyrannus inſurgens, cœpit viuum Mauritium Imperatorem, Conſtantiamq́ Reginam ipſius, & quinq; liberos maſculos, & tres filias, & ſuſtulit primùm tyrannus pueros, deinde vxorem, poſtremo ipſum Mauritium, & ſepelierunt ſimul omnes in vno ſepulchro, poſtea ſcripſerunt ſupra Elogion, & poſuerunt ſuprà in tabula, quæ videtur in hodiernum vſq; diem, ſic:

EPIGRAMMA IN MAVRITIVM CONIVGEM, ET LIBEROS CAESOS.

O EGO MILLE MODIS REGVM MISERANDA DVORVM
MAVRITII CONIVNX, FILIA TIBERII,
EDOCVI REGINA SATIS FOECVNDAQVE MATER
QVAM SINT MVLTORVM COMMODA SCEPTRA DVCVM,
MILITIS INFIDI IACEO POPVLIQVE FVRORE,
ET MECVM CONIVNX, PROGENIESQVE IACET.
NAE MISERAE NIOBES EGO SVM VITALE CADAVER
PLVRANE CISSAEIS, PLVRA IOCASTA TVLIT?
ESTO IVRE PATER, CVR PIGNORA PARVA NECANTVR?

HVMA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

HVMANI PRORSVS NESCIA TVRBA DOLI.
NON IAM ROMA MEIS, CARPES A FRONDIBVS VMBRAM
ERVTA THREYCIO STIRPS AQVILONE IACET.

Nicephorus Calliſtus ſcribit hiſtoriam hanc lib. 18. cap. 41. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, & Suidas in Collectaneis. Sed hic paulò aliter. Non vocatur etiam Regina Conſtantia, ſed Conſtantina apud Nicephorum.

Turcicorum quoq; Imperatorum filij, fratres ac nepotes ante aliquot ſecula, vt hiſtoriæ rerum Turcicarum manifeſto teſtantur, & nos meminimus, à parentibus vel fratribus fere omnes ſunt ſtrangulati, vix vno aut altero elapſo, qui tamen paulò poſt etiam violẽta morte obierunt: ſic etiam Imperatorum nonnulli violenta morte ſunt necati: vt Orcanes Imperator II. *in conflictu aduerſus Tartaros occiſus: aut vt alij ſcribunt in Pruſiæ oppugnatione ſagitta ictus perijt. Hic fuit auus Baiazetis.* I.

Amurates primus, Imperator III. *à ſeruo dominum ſuum vindicante confoſſus eſt. Hic fuit pater Baiazetis.*

Baiazetes I. *eius nominis,* IIII. *Imperator captus à Tamerlane Scyta ferrea cauea incluſus vitæ diem clauſit. Hic fuit nepos Orcanis, ita vt auus, pater, ac filius malo lethi genere fuerint ſublati.*

Amurates II. *Turcarum Imperator 7. propter Scanderbegij fælicitatẽ indignatione correptus, in rabiemq; verſus, ſibi ipſi manus præmordiſſe dicitur.*

Baiazetes II. *Imperator 9. à Selymo filio per Iudæum medicum veneno necatus eſt. Pauci verò tantum Imperatores naturali mortis genere ſunt extincti, ita vt Ottomannorum familiæ & præſertim eorum, qui ad imperij dignitatem non euehuntur, proprium videatur, violenta, morte perire.*

Et poſſunt adhuc plura ſimilia exempla colligi. Ego autem iudico hoc fieri ex conſenſu aſtrorum in natiuitatibus parentum, filiorum & propinquorum, cùm inuicem ita ſint ſociatæ & colligatæ. Quòd autem hæc interdum ita eueniant, tamen inde non concludendum, quod ſemper idem fiat in omnibus. Ex ſingularibus enim non poſſunt nec debent colligi vniuerſalia. Mihi ſanè iucundum fuit illa obſeruare, rerumq; ſeriem & cauſarum effectuumq; connexionem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nem contemplari. Quæ omnia obiter indicare volui, vnicuiq; tamen ſuum iudicium permitto liberum, nec aliquem ad meas obſeruationes adſtringo.

POſtremò quoque animaduertendum eſſe exiſtimo, quod multi clari viri annotârunt numerum Septenarium, & annos Climactericos & Enneaticos, non ſolum in priuatis hominibus naturarum & fortunarum mutationes operari: ſed etiam hos dies & annos in imperijs ac gubernationibus viciſſitudines magnas excitare & adducere, quas ex ſubiectis exemplis videre licet.

Zimbri, vel, vt quidã legunt Zamri, quintus rex in Iſraël, qui ſemetipſum igne combuſſit, regnauit tantum in Terſa dies 7
3. reg. 16. cap.

Roma oppreſſa à Gallis menſes 7
Plutarchus. Roma magno miraculo capta, maiore eſt recuperata, quum ſeptem totos menſes in hoſtium poteſtate fuiſſet.

Vrbe Hieroſolymitana externo ciuiliq; bello deleta, Iudæorum periere duodecies cẽtena & quadraginta millia intra ſpacium annorum 7
teſte Iuſto Lipſio.

Gedalia occiſus menſe 7
Gerem. 41.

Marius fuit ſepties Conſul, & perijt, vt quidam ſcribunt, 7. die ſui ſeptimi conſulatus.

Smerdes rex Perſarum, regnauit menſes 7

Olybrius miſſus à Leone Romam, cui affinitas Imperatorum auctoritatem adidit, mortuus eſt imperij ſui menſe 7

Artabanus rex Perſarum, menſ. 7. Euſeb.

Galba ſeptimus Romanorum Imperator, menſes 7
& dies 7. regnauit: poſtea in medio foro interemtus. Ioſeph. Sex. AEmilius.

Barnarim Coſroës filius, regnat menſes 7

Athesir Perſarum rex, imperat menſes 7
Cedrenus, Diaconus.

Vitellius Imperator, regnauit menſes 7

Iouinianus Imperator, regnauit dies 22. & menſes 7

Primiſlaus ſecundus Princeps Pomeraniæ, in regem Poloniæ electus, regno præfuit menſes 7

Dauid regnauit in Hebron, vt eſt 2. Samuel. 5. menſes 6. annos 7

Athalia tyrannicè regnat in Iudæa annos 7
4. Reg. 11. & interficitur.

Erat Ioaſus, cùm in regnum aſſciſceretur, annorum 7
Ioſephus.

Sennacherib. 4. rex in Aſſyria, regnauit annos 7

Beleaſtartus, filius Hirami & rex Tyri, regnauit (teſte Ioſepho) annos 7

Cyrum vixiſſe in Monarchia 2. Perſica poſt captam Babylonem annos. 7
Xenophon ſcribit.

Cambyſes, menſes 5. annos 7

Darius vltimus, annos 7

Alexander Magnus, Monarchiam tertiam obtinuit 7
annos, poſt cuius mortem, de ſumma rerum certatum annos 7
Tandem obtinuit Seleucus cum ſua poſteritate Syriam.

Idem Iaddo Iudæorum Pontifici, petenti genti Iudaicæ αὐτονομίαν *& tributorum immunitatem conceſſit ſeptimo quoque anno, quo agri non ſerebantur apud* Iudæos. Ioſephus.

Alexander nobilis præfuit Syriæ annos 7

Gelon interficitur poſtquam in Sicilia regnâſſet annos 7
Diodorus Siculus.

Archelaus rex Macedoniæ, periꝫt in venatione, vt Diodor. ſcribit, poſtquam regnâſſet annos 7

Philippus Aridæus peremptus ab Olympiade Alexandri Magni matre, cum regnaſſet in Macedonia menſes 4. annos 6. Diodorus.

Narſes 7. rex Perſarum, regnauit annos 7
menſes 9. Achatias.

Sic etiam eius filius Miſdates annos 7
& nouem menſes regnauit. Idem *Agath.*

Tarquinius vltimus fuit Romanorum rex 7
& ſic Roma habuit tantùm reges 7

Valerianus, poſtquam cum filio Galieno imperâſſet 7

annos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

annos, à Sapore Perſarum rege victus & captus eſt.

AEgyſthus adulter, qui interfecit Agamemnonem, ipſius regno potitus eſt per ſeptennium. Velleius Paterculus.

Pharamundus I. rex Franciæ annos
regnâſſe ſcribitur à Trithemio. 7

Agrippa maior Herodis filius, rex Iudæorum annos 7
regnauit. Ioſeph.

Pilatus ſeipſum interfecit anno
poſt condemnationem Chriſti, quæ facta eſt ab illo 7
anno ſuæ præfecturæ. 7

Opilius Macrinus eiuſq; filius Diadumenus à militibus ſuis interfecti ſunt, cùm imperâſſet bis ſeptem menſes. Aurel. Victor.

Antonius Caracalla Baſsianus Imperator, imperauit annos 6. menſes. 2. dies 5. Ergo
imperij anno periit. 7

Fl. Tiberius 2. Abſimarus Imperator, regnauit annos 7

Flauius Heraclius Iuſtinianus, dies aliquot & annos 7

Proclus præfuit imperio annos 6. menſes 4
Ergo regnauit annos fere 7

Leo Armenius menſes 5. dies 14. annos 7

Martianus Orientalis Imperator, annos 6
menſes 6. & dies 10.

Philippus Imperator, regnauit annos 7

Ariſtulphus Longobardorum rex, menſes 7

Lotharius Francorum rex annos 7

Carolus VII. Rex Galliæ, timens venenum 7. dies à cibo & potu abſtinuit: Mortuus anno Chriſti 1461.

Nicol. Gilles dies 26. annos 7.

Nicephorus Phocas menſes 4. annos 6.

Hildericus Rex Vandalorum poſtquam 7.
annos regnâſſet, cuſtodiæ à ſubditis traditur, & necatur.

Otthoſecundus Imperator VVormatiæ eligitur & Aquiſgrani coronatur viuente patre anno ætatis 7

Terra mugitum ingentem dedit per dies 7
vt Marcellinus & Signonius tradũt, quæ res nihil aliud portẽdit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

quàm Gothorum in Italiam irruptionem, vaſtationem Italiæ, & direptionem Romanæ vrbis.

Conradus I. Ludouici IIII. filius, regnauit annos 7

Conſtantinus Ducas menſes 6. annos 7

Eudoxia Imperatrix, dies aliquot, menſes 7

Theodoricus II. Gotthorum Rex, in Hiſpania ab Henrico fratre interfectus, anno gubernationis ſuæ 7

Franciſ. Tarapha.

Froto III. Danorum rex, regnum adiit, anno ætatis 7 qui poſtea regis Hunnorum filiam in matrimonium duxit. Saxo. Krantzius.

Sueno II. rex Daniæ, qui Thiram regis Suetiæ filiam vxorem habuit, tribus vicibus captus eſt & liberatus, poſtea ab Erico 7. rege Suetiæ regno eiectus, fuit exul annos 7

Erico verò mortuo in Daniam rediit, & rex Suetiæ ac Angliæ factus, Saxo Gram. Krantzius.

Margaretha regina Daniæ cepit Albertum regem Suetiæ, tenuitq; illum captium annos 7

Olaus Rex Daniæ Senonis filius obiit anno domini 1095. 25. Decembris anno Regni ſui 7

Carolus Iunior V. Germanorum Imperator, cognomento Craſſus, cum aduerſis belli caſibus & morbo fractus eſſet, imperio cedere iuſſus, imperauit annos 7

Puella Valaſta principatum Bohemiæ more Amazonum potenter obtinuit annos 7

AEneas Syluius.

Fridericus Barbaroſſa Cæſar, à Canuto Danorum rege ſororem cum dote poſtulauit, per legatos ſcilicet Epiſcopum Bremenſem Sigfridum, & Adolphum Comitem Holſatiæ, quæ à Vualdemaro patre in caſtris apud Lubecam erat filio ſuo deſpōſata. Hæc itaque eis tradita & tranſmiſſa eſt vnà cum dimidia parte dotis, agens annū 7

Krantzius. Saxo Grammaticus.

Nepotianus, qui erat ex Eutropia ſorore Cōſtātini Magni natus, à Magnentio victus poſt quater ſeptem, id eſt, vigeſimo octauo die, poſtquam Imperium attigerat. Sigonius.

Petrus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Petrus Candianus Venetorum dux, qui Vrſi abdicationem ſecutus, anno ducatus ſui 7
obijt, Marcellus.

Ioannes Mocenicus dux Venetorum 71. ducatus ſui deceſſit menſe 6. anno 7
Marcellus.

Euenus III. *eius nominis Rex Scotiæ 16. in carcere ſtrangulatus cum regnaſſet annos* 7

Dugallus 67. Rex Scotiæ extinctus poſtquam regnum tenuiſſet annos 7
Buchan.

Iacobus II. *Rex Scotiæ regnum inijt, vix ingreſſus ætatis annum* 7
Buchan.

Michaël Curopalates Imperator Byzant. regnauit annos 7

Henricus VI. Barbaroſſæ filius, imperium adijt anno 7
Sigon. Vrſperg. qui Meſſanæ obijt circa Calend. Octob. de quo hi verſus:

Sexagena duo commiſi prælia, Magni
Innumera pugnas tot mihi, Roma tui.

Ziemomiſlo regi Poloniæ natus eſt filius cæcus, qui recepit viſum anno 7
cùm rex inuitaſſet multos proceres regni. Cromerus lib. 2.

Robertus Imperator Germaniæ præfuit annos 7
Onuphrius.

Fuerunt Henrici Imperatores 7

Caſimirus vnicus Meceſlai filius, regno Poloniæ exceſſit, & Cluniaci in Benedictinorum Monachorum ſodalitatem ſe dedit, in quo per annos 7
fuit, & poſtea in regnum reuocatus eſt, eiq́; præfuit.
Cromerus. Herburtus.

Septem tantum fuerunt reges in Hieruſalem, ex poſteris Gotfridi de Bulion: poſtea diſcordia orta eſt inter Guidonem & Regimundum.

Hac arrepta occaſione Saladinus regnum cum vrbe occupauit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Selymus Turcarum Imperator, vt Ramus ſcribit, imperauit annos 7

Adolphus Comes de Naſſovv, præfuit imperio per annos 7

& interfectus anno Domini 1289. die Iulij 7

Ferdinandus Caroli V. frater menſes 4. dies 7

annos 6. fuit Imperator Roman.

Renatus dux Lotharingiæ, fuit captiuus annos 7

& ſeſe redemit 40000. coronatis.

Petrus Landus Venetus diem ſuum obijt, auctore Silue. Girellio, cùm patriæ præfuiſſet menſes 9. annos 6.

Eduardus Henrici VII. *filius veneno perijt anno regni ſui* 7

Bucholzerus.

Maria regina Scotiæ, filia Iacobi quinti regis Scottorum, quæ poſtea nupſit Franciſco Delphino Franciæ, regnare cœpit nata 7

dies. Iunctinus.

Adolphus dux Geldriæ, Arnoldum ſenem patrem matre non diſſuadente arci Buremiæ incluſum, detinuit annos 7

Batauica hiſtoria.

Elector Ludouicus præfuit Electoratui & ditionibus ſuis annis 7

Thomas Epiſcopus Cantuarienſis, confoſſus eſt in Eccleſia, exilij ſui anno 7

Eberus.

Chriſtianus Friderici ſecundi filius Regno Danico inauguratur Anno ætatis ſuæ 7

SEQVITVR CATALOGVS PONTIFIcum, quorum nonnulli menſes 7. & annos totidem Pontificatui præfuerunt, vt ex Euſebio, Hieronymo, Proſpero, Palmerio, Platina, Volaterrano, Sabellico, Onuphrio, & reliquis, qui de Pontificibus ſcripſere conſtat.

Marcellus II. dies ter ſeptem 7

Silueſter III. dies ſepties ſeptem 7

Chriſtophorus menſes 7

Leo

Leo VI. menſes	7
Benedictus V menſes	7
Stephanus IX. dies 8. menſes	7
Bonifacius VII. dies 5. menſes	7
Clemens VII. *obſeſſus cum Cardinalibus in mole Adriani ab exercitu Caroli V. menſ.*	7
Chrſtophorus menſes	7
Bonifacius menſes ſex & 12. dies.	
Vrbanus Romanus dies 5. menſ. 7. annos	7
Syſimus 12. dies & annos	7
Stephanus I. *menſes 5. annos*	7
Dionyſius menſes 2. dies 4. annos	7
Hilarius I. *menſes 3. dies 9. annos*	6
Euſebius menſ. 1. annos	6
Liberius menſes 3. annos	6
Bonifacius IIII. *menſ. 8. dies 13. annos*	6
Theodorus Græcus dies 18. menſ. 5. annos	6
Stephanus 4. menſ. 3. dies 17. annos	7
Hadrianus III. *dies 9. annos*	7
Sergius menſ. 3. dies 15. annos	7
Io*hannes X*III. *menſes 11. dies 15. annos*	6
Iohannes XXII. *menſes 3. dies 17. annos*	7
Conſtantinus menſ. 1. dies 15. annos	7
Paſchalis menſ. 3. dies 17. annos	6
Stephanus VI. dies 14. annos	6
Sergius II. *menſes 4. annos*	7
Alexander IIII. *menſes 6. annos*	6
Benedictus XII. *annos*	7
Gregorius XI. *menſes 5. annos*	6
Paulus II. *Venetus menſ. 1. annos*	7

Multi præterea reges ac principes inueniuntur, qui ſua regna & ducatus, ſubiectoſq́; ſibi populos per ſeptēnium tantum gubernârunt, quibus mortuis aut necatis, aut eiectis, variæ ac mirabiles mutationes deſtructionesq́; euenerunt.

Quod autem hic numerus in Imperijs ac Rebuſpubl. aliquam

præ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

prærogatiuam obtineat, ex ſequentibus clarè colligi poteſt.

Septem fuerunt præſides in ſingulis oppidis Iudaicis probatæ virtutis & iuſtitiæ cultores, ſecundum Ioſeph.

Artaxerxes ſcripſit Eſdræ Sacerdoti: vt mihi viſum eſt, & ſeptem amicis mihi à conſilijs.

Septem fuerunt principes, qui in Monarchia Perſica regem elegerunt, ſecundum Herodotum.

Quin & nos habemus in noſtro imperio, & quarta Monarchia ſeptem Electores, ſeu ſeptemviros, penes quos ius eſt eligendi Imperatorem.

Germania habuit à multis ſeculis ſeptem Archiepiſcopos. ſicut et Gallia & Hiſpania, & Italia. Quanquam labente ſeculo hæc nonnihil mutata ſunt, vt Guilhelmus Zenocarus tradit.

Septem fuerunt duces, ſub quibus Hunni ſecunda vice Pannoniã ingreſsi ſunt, & conſederunt in Tranſyluania, & ibidem ædificarũt ſeptem caſtra. Vnde etiam ipſa prouincia Siebenburg/ id eſt, Septem caſtrorum nomen acquiſiuit. Bonfini.

Septem fuiſſe præcipuos duces Turcicæ originis & familiæ, qui poſt Tartaros langueſcentes Aſiam Minorem inter ſe partiti ſunt, Laonicus Chalcondylus teſtatur.

Septem ciuitates magnæ geſſerunt inter ſe bella in Græcia, vt alij alijs oſſa Homeri extorquerent, pro ſacris reliquijs excolenda. Gellius.

> Septem vrbes certant de ſtirpe inſignis Homeri
> Smirna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

In eadem Græcia fuerunt ſeptem Sapientes, & ſcribunt nonnulli, ſeptem olim fuiſſe ſummos Conſiliarios apud Imperatorem Turcum præcipuos, qui in domeſticis ac bellicis negotijs ſummæ rerũ præfuerunt, qui ipſorum lingua Baſſæ appellantur, quæ eſt maxima dignitas poſt Imperatorem.

Septimo die Ianuarij perſcriptum eſt Senatuſconſultum: darẽt operam Conſules, ne quid Reſpub. detrimenti caperet.

Ludi Palatini Romæ ſeptem dies durabant.

Septimontium feſtum in 7. collibus vrbis celebrabatur.

Vrbs Conſtantinopolitana habet 7. colles: quemadmodum Roma &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

& ſunt ibidem coniunctæ ſeptem turres, in quibus gaza & Turcicus conſeruatur theſaurus.

Lubeca habet etiam ſeptem turres. Vnde hi verſus:
Hæc vrbs ſeptenas oſtentat in æthere turres,
Gloria Vandalici lauſq; Lubeca ſoli.

Praga habet etiam 7. colles ſecundum Celtem:
Viſa non vrbs eſt meliore cœlo,
Fertili gleba tua Praga cincta eſt,
Explicat ſeptem hæc ſpacioſa colles,
Ambitu murorum imitata magnæ
Mœnia Romæ.

Sebaſtianus rex Portugalliæ ad bellum proficiſcens contra regem Mauritaniæ, nominauit ſeptem ex regni proceribus (cum Cardinalis patruus eius adminiſtrationem recuſaſſet) qui ſe abſente rebus & regno præeſſent: in quo bello etiam perijt anno 1578. 4. Auguſti. Freigius.

Iagello rex Polonorum, miſit in Lithuaniam de primoribus ſeptem, qui Sigiſmundum Vitandi fratrem principem in eo loco conſtituerent. Iohannes Herbur.

Iuſtinianus Imperator in ſeptem partes Ius diſtribuit, eiq; diſcēdo ſeptennium attribuit.

In Iure ciuili ſeptem teſtes ad Teſtamenti veritatem arguendam requiruntur. Iuſtin.

In Criminalibus de iure Saxonico requiruntur ſeptem teſtes.

De iure prætorio ſuccedebant cognati vſq; ad ſeptimum gradum.

Nullum diuortium erat ratum, niſi adhibitis ſeptem ciuibus Romanis puberibus. L. nullum ff. de diuortijs.

De iure veteri ad ſeptimum gradum prohibita erat Connubiorum contractio.

Septem ſunt Parlamenta in Gallia, id eſt, ſupremæ omnium Curiæ, ad quas appellatur, & iuſtitia adminiſtratur.

Sic etiam in inferiori Germania ſunt ſeptem prætoria, à quibus appellatio non admittitur, & etiam ſeptem, à quibus appellatio admittitur, ibidemq; oppida maiora habent ſeptem portas, ſeptem vi-

as militares maiores, ſeptemq́; plerumq; parochias. Zenocarus.

Caſimirus II. *Rex Poloniæ conſtituit ſupremum & prouinciale iudicium Teutonicum, qui ius Saxonicum ſeu Magdeburgenſe Cracouiæ exercebant Scabinos.* 7

DE DECIMOQVARTO AVTEM ANno ſuprà ſunt exempla quædam recitata, quibus ſequentia adijciam.

BAlthaſar Rex Babyloniorum regnauit annos 14.

Sext. Tarquinius ſeptimus & vltimus Romanorum Rex anno exilij ſui periyt 14.

Crœſus rex Lydorum fuit, vt Herodianus, ait annos 14.

Cleopatra cum Antonio vixit & regnauit annos 14.

Plutarchus in Antonio. Zonaras.

Fuit vltima regina Aegyptiaca, adamata à Caio Cæſare, deinde ab Antonio Triumuiro, deuicta & capta ab Auguſto, admota aſpide brachijs, cùm prius Antonius ſe interfeciſſet in Mauſoleo eius, cùm ſe illi inferias ferre ſimularet, obijt dicens: ita oportet mori tot regum prolem.

Nero imperauit menſes 7. & annos 14.

Claudius Cæſar imperauit menſ. 8. dies 20. annos 13.

Alexander Seuerus dies 9. annos 13.

Lampridius.

Gordianus I*unior, cùm eſſet annorum* 13.

Romanum ſuſcepit imperium. Herodianus.

Berengarius iunior rex Italiæ annos 14

Irene mater Conſtantini annos 14

Flauus Valens menſes 4. dies 14. annos 14.

Michael Cæſar Græcus 14.

Carolus Magnus Imperator 14.

Carolus VIII. *Rex Franciæ menſes 7. annos* 14.

Sigebertus Metis præfuit annos 14.

Iſabella regina Angliæ, depoſito marito filium Eduardum coronari curauit anno ætatis 14

Hen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Henricus IV.*Imperator, cùm prius omnia per tutores acta fuiſſent, accinctus eſt gladio, & ipſe bella gerere cœpit, anno regni ſui 9. ætatis 14.*
Contract.

Conradus III.*Imperator fuit annos 14.*

Ioachimus II.*Elector Brandenburgenſis factus, anno ætatis 14.*

Mahometes primus Turcarum Imperator, præfuit Turcis annos 14.

Matthias Coruinus Hunniades ætatis 14 incarceratus cum fratre, ac poſteà inde liberatus, & in regem Vngariæ electus.

Andreas Contarenus dux Venetorum 59. vitam finiuit, cùm annos præfuiſſet 14.
Marcell.

Conarus XXIIII.*Rex Scotiæ, in cuſtodia vitam finiuit, anno regni ſui. 14.*
Buchananus.

Verchardus LII.Rex Scotiæ, ſibiipſi mortem conſciuit, regni ſui anno 14.
Buchananus.

Donaldus LIII.Rex Scotiæ, deceſſit regni ſuo anno 14.
Buchananus.

Iacobus IIII.*Rex Scotorum factus, agens annum 14. cùm à ſeditioſis proceribus contra patrem inuitus produceretur, ac pater eius Iacobus* III.*in prælio interfectus eſſet. Boëthius.*

Florentinus I.*Comes Hollandiæ gubernauit. 14.*

Balduinus VII. *Rex in Hieruſalem, cœpit regnare annum agens 14.*
Leonhardus Rauvvolff. Medicus.

SEQVVNTVR PONTIFICES ALIQVOT, qui 14. annos Pontificatui præfuerunt.

Fabianus I. menſes 11. annos 13
Gregorius Magnus & I. eius nominis præfuit menſes & dies 10. annos 13.
Ioannes X. menſes 3. annos 13
Gregorius IX. *annos* 14.
Benedictus IX. *menſes 3. annos* 13
Martinus V. menſes 3. annos 13
Leo IX. *menſes 2. dies 6. & annos* 13.
Vrbanus II. *menſes 4. annos* 13.
Eugenius menſes 6. annos 14.
Innocentius II. *menſes 8. dies 8. annos* 14
Vrbanus VI. *menſes 9. annos* 14.
Ioannes XXIII. *menſes 3. & annos* 14.

Gregorius XIII. *Bononienſis, Germanicæ nationi dediſsimus, vltimo menſe anni 13. decima nimirum Aprilis, anno 1585. Romæ ex Catarro moritur, electus Calen. Maij: ergo maximè vicinus fuit anno regiminis* 14.

Etſi autem de reliquis annis Climactericis, & etiam Enneaticis poſſem exempla, quæ paſsim in hiſtorijs extant adducere, & mutationes varias ex hiſtorijs adferre, tamen ne opus nimiũ excreſceret, omittenda eſſe duxi: præſertim cùm doctiſsimus vir Io. Bodinus in ſua Methodo hiſtorica omnium fere imperiorum, regnorũ ac ciuitatũ mutationes, non ſine ſummo labore collegerit, & oſtenderit, eas plerunq; annis Climactericis, aut Enneaticis accidiſſe.

Hoc verò vltimo de imperijs & Rebuſpublicis addere libuit. Etſi in his plerunq; ſeptenarijs ac nouenarijs annis multiplicatis, aut eorum quadratis in ſe ductis numeris conuerſiones fiant: tamen plerunq; mutantur aut planè pereunt, & in magnis familijs regum ac principum mutationes accidunt: ita vt regnis eijciantur, vel ad maiora eleuentur, aut prorſus è medio tollantur, elapſis ſeptuaginta hebdomadarum annis Climactericis, aut circiter, qui continent in ſe annos, vt dixi 490. quod hiſtoriæ omnium temporum, ſi reputen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

tur, à prima origine & antiquitate teſtantur. Quam ob cauſam multi docti viri hoc idem affirmare non dubitarunt. Vt & Plato Imperiorum terminos vltra 500. annos rarò produci arbitratur.

Philippus quoq; Melanchton in Charionis Chronico aliquoties annum quingenteſimum periodum fatalem regnorum conſtituit, temporaq; Otthonis tertij Imperatoris, in quingenteſimum à Iuſtiniano imperij reformatore incidentia, exempli loco adducit, qualesq; & quantæ in varijs locis viciſsitudines, Otthonis tempore euenerint, oſtendit. Nempe quod Polonia regni titulo tum primum ſit donata, & Boleſlaus ab ipſo Otthone rex Poloniæ ſit pronunciatus: Quod Vngaria regibus circa hæc tempora primum vti cœperit: Quod ſub idem tempus, Franciæ regnum extincto Ludouico ex Caroli proſapia vltimo ad Hugonem Capetum peruenerit. Quod deniq; in Germania ſeptemuirorum imperij, ſeu Electorum, facta ſit inſtitutio, anno Chriſti milleſimo primo. Et addit Philippus, cum horum regnorum anni quingenti effluxerint, fatales imminere mutationes. In quo verus vates extitit. Si enim ſtatum prædictorum regnorum contemplemur, videmus Poloniam, extincta veterum regum familia in Sigiſmundo vltimo, qui anno Domini 1572. ſine maſculo hærede obijt, externos reges & principes elegiſſe. Vngariam ſcimus valde luctuoſam quoq; vaſtationem, & mutationem eſſe paſſam, vtpote quæ Ludouico rege anno Chriſti 1526. occiſo, à Turca ſubacta ægrè regni nomen tueatur. Galliam quoq; cernimus Religionis cauſa varijs inteſtinis bellis laceratam, in vno regij ſtemmatis viro vacillare, qui cum hærede deſtitutus valetudine quoq; admodum ſit fragili, maximis eam expoſitam eſſe mutationibus, apparet. Germania porrò noſtra quibus fuerit quaſſata mutationum procellis, nouimus. Cum enim Carolus, felicis memoriæ, Quintus imperij ſuſcepiſſet habenas, Anno 1520. Religionis mutatio in Saxonicis prouincijs ſequentibus annis eſt ſubſecuta: ſeditio ruſticorum per totam Germaniam exorta, bella inteſtina excitata: Ita vt Electorum nonnulli ab Electoratu ſint remoti, alij in eorum locum ſuffecti, ex principibus aliqui capti.

Talia ac tanta proximorum quingentorum annorum elapſam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

(à milleſimo facto numerandi initio) periodum diuerſis in regnis ſunt ſubſecuta.

Multæ verò Reſp. regna & familiæ hunc numerum aut periodum non ſunt aſſecutæ, quæq; hanc periodum non attigerunt, mutationes acceperee lapſis medijs annis harum ſeptimanarum, aut plerunq; circiter, in præcedentibus aut ſequentibus annis Hebdomaticis aut Climactericis paucæ ſuperarunt, & hæ floruerunt ſeptingentos ferè annos, aut paulò vlterius.

Florus ſcribit, populum Romanum à rege Romulo ad Cæſarem Auguſtum ſeptingentos per annos tantum operum pace belloq; geſſiſſe. Primam ætatem ſub regibus fuiſſe propè per annos 250. quibus cum finitimis bella geſſit. Sequētem ſub Conſulibus vſq; ad Appium Claudium, 250. quibus Italiam ſubegit. Dehinc ad Cæſarem Auguſtum 250. quibus totum orbem pacauit. Et quanquam Florus numerum non adeo exactè recenſet, vt ex faſtis, annalibus conſulum, numeris triumphorum, & calculo omnium ſcriptorum, annos nonnullos ſuper eſſe colligitur: Tamen excuſandus eſt, quia addit, (propè) Nam intermediæ mutationes, quas recenſet, acciderunt nonnullæ annis 244. nonnullæ 245. qui eſt annus Climactericus, & is duplicatus efficit annos 490.

Vrbs Magdeburgenſis, vt Andreas VVernerus annotauit, à Iulio Cæſare concubinæ ſuæ Parthanæ condita, & Veneri dicata, vnde in inſignibus virginem geſtant. Hanc Carolus Magnus, Anno Domini 772. vt religioni Chriſtianæ ſubijceret, euertit, delubra Veneris funditus deleuit, maximam pecuniam inde in ſuam fiſcum tranſtulit, Eccleſiamq; ſub patrocinio S. Stephani ibidem ædificauit. Cum autem hæc denuo iuſſu Caroli V. ab Electore Mauritio & Alberto Marchione eſſet per integrum annum obſeſſa, tandem conditionibus certis Mauritio ſe tradidit, quod accidit anno domini 1551. Hac ratione hæc ciuitas perpeſſa eſt duas mutationes, elapſis ſingulis ſeptingentis annis.

Carthago condi cœpta à Phœnicibus ante conditam Romam annis 70. vt Appianus, Iuſtinusq; teſtantur, incendio deleta, auſpicijs Aemiliani anno vrbis conditæ 607. Aetas itaq; Carthaginis vniuerſa fuit annorum 677.

Po-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Populus Romanus cum fuiſſet vel in ditione Regum, vel in autoritate Reipub. ac magiſtratuum, ſeptingentos quinq; & viginti annos rurſum cœpit ad regiam poteſtatem peruenire, Ex Dione, Nicæo. Ioannes Xiphilinus.

Turcarum imperium & Venetorum Reſpublica periodum ſeptingentorum annorum ſuperarunt, ſed iam contremiſcere videntur. Nam rota illa, ſiue prouidentia Diuina, quæ omnia regna mutat, in gyrum etiam illos ducet, & ex ſummo in imum deijciet.

Et ſine dubio in Biblicis narrationibus non tam accurate priſcorum illuſtrium virorum natales ac obitus annotarentur, nec annorum & menſium numerus tam ſolicitè aſſcriberetur rebus geſtis, & regum gubernationibus populi Iudaici in ſacris codicibus, niſi eā ob cauſam fieret, vt his veluti Notis cōmonefacti, tempus tempori, euentum euentui, & interualla interuallis conferremus, ac redeuntibus ſeculis ſimilibus de ſimilium pœnarum aut mutationum recurſu piè diuinaremus. Nam certum eſt, Deum liberrima voluntate regnorum periodos & tempora mutare, euentusq; & metas certo ordine conſtituere.

EXEMPLA CONVERSIONVM AVT mutationum, quæ acciderunt elapſis annis 490. aut circiter.

DE hoc numero ſcribitur Geneſ. cap. 4. quod de peccato Lamech vltio ſumenda ſit ſeptuagies ſepties.

Hunc numerum etiam exprimit Chriſtus, dicens Petro: Remitte ſeptuagies ſepties. Et Angelus ad Danielem cap. 9. ait: Septuaginta hebdomades determinatæ ſunt ſuper populum tuum, & ſuper vrbem ſanctam, vt finiatur delictum, & contegatur peccatum, & fiat propitiatio pro peccato, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur Sanctus ſanctorum. Scito igitur & conſidera.

Nulli dubium, vt Beda dicit, quin hæc verba Chriſti Incarnationem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

nem deſignant, qui tulit peccata mundi, legem & prophetias impleuit, & hi anni computandi ſunt à 7. anno Artaxerxis, quo anno Eſra à rege cum magna populi multitudine ad cultum Dei inſtaurandum ex captiuitate dimiſſus eſt, vſque ad 19. Tiberij, quo anno Chriſtus noſter redemptor paſſus eſt, qui faciunt 490. Climact.

A nato Abraham ad Deucalionis diluuiū ſunt anni 490. Clim. pleni Euſebio.

A diluuio Deucalionis ad regnum Salamonis, ſunt anni 490. Clim.

A monarchia Cyri ad monarchiam Caij Iulij Cæſaris 490. Climact.

Ab exitu ab AEgypto vſque ad templum conditum Salomonis, 3. reg. 6. ſunt anni 490.

Hinc à Salomonis templo ad templum ſecundum 518. Clim.

A condito autem templo ſecundo ad Chriſtum ſunt etiam anni 518. Clim.

Ab exitu ab AEgypto ad diſtractionem regnorum Iudæ & Iſrahel, mortuo Salomone 118. Clim.

Ab regno Dauidis vſq; ad eius generis regum exitum, quorum vnus & viginti regnarunt, ſunt ter ſeptem reges, ſunt menſes 6. dies 10. anni 495. Enneat. Ioſephus.

A condito templo ſecundo ad monarchiam Auguſti ſunt anni 490 . Climact.

A Carano, qui primus in Macedonia regnauit, vſq; ad mortē Alexandri Magni 490. Clim.

A regno Tarquinij Superbi ad Auguſti imperium 490. Clim.

Regnum Athenienſium durauit à Cecrope ad Codrum 490. Climact.

Totidem ferè annos durauit regnum Lacedæmoniorum à Lycurgo, qui Spartanas tulit leges, ad Alexandri Magni ætatem, ſub quo concidit 490. Climact.

Intercedunt anni inter crudelitatem Syllæ, quæ ſtatum Reipub. Romanæ labefecit, & Alaricum Gothū, qui Romam ſuperauit 490. Climact.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Iulij Monarchia durauit annos 502.
donec Roma à Genſerico capta eſt.

Aſſyrij tenuerunt Aſiam annos 520
illis expulſis, Medi eam occuparunt, teſte Herodoto.

Aeneæ poſteritas dominata eſt Albæ annos 430.
quibus exactis condita eſt, & creuit Roma fere annos 490. *Clim.*

Ab expulſis regibus Conſules Romani vrbem conſilijs & armis rexerunt vſq; ad Iulium Cæſarem forma gubernationis mixta ex Ariſtocratia & Democratia 490. *Clim.*

Merouæus Francorum rex regnare cœpit ab imperio Auguſti annos 490. *Clim.*

Tot annos Gallia fuit ſubdita Romanis ex aliqua parte, deinde facta eſt libera.

Carolus Magnus, qui imperium Occidentale in ſe tranſtulit, naſcitur à nato Conſtantino 469. *Clim.*

A coronatione Caroli Magni ad mortem Rudolphi Imperatoris ſunt anni 490. *Clim.*

A regno Caroli Magni ad regnum Ottomanni Magni regis Turcarum 532. *Clim.*

A Roma condita ad imperium Hannibalis hoſtis Romanorum 532. *Clim.*

Primus Dictator creatus eſt Titus Laërtius Flauius ab vrbe condita 533.
Ita vt annus exceſſerit Climactericum & Enneaticum, cùm primus Dictator in Romana Repub. eligeretur.

Ab imperio Henrici Aucupis Imperatoris ad captam à Turcis Conſtantinopolim ſunt anni 532. *Clim.*
In nulla alia familia per quadringentos amplius annos in Polonia principes ac reges, quam qui à Piaſto duxerunt originem, extiterũt. Cromerus.

Saraceni imperium in Aſia tenuerunt, ſibiq; conſeruarunt annos 408.

Etſi Caliphæ diutiùs id obtinuerint, tamen poteſtas omnis, ad Turcos deuoluta fuit.
Reinerus Reineccius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Hengiſthus Anglorum, qui inter Saxones & Iutas ſedes habuerunt, dux, Orientalem Britanniæ plagam occupauit, quæ poſtea regnum Anglorum appellata eſt, & durauit annos 363.
Ergo anno Climacterico 364. mutata eſt.
Functius.

EXEMPLA MVTATIONVM, QVAE contigêre annis inter medijs Climactericis ſcilicet & Enneaticis aut circiter.

DEcem tribus Iſrael regem ſibi conſtituerunt Ieroboam, & vocatum eſt regnum Iſrael, quod durauit annos 202. ſuperauit vnus annus Enneaticum.

Monarchia ſecunda, quæ eſt Perſarum, vſq. ad Alexandri Magni monarchiam durauit annos 207 Enneat.

Ab vrbe condita, quo tempore reges eam gubernarunt, & Tarquinius Superbus Roma & regno eycitur, intercedunt anni 245. Climact.

Capitolium Romæ ab vrbe condita dedicatum eſt anno 247.

Regnum Laidarum in AEgypto durauit annos 294. Clim.

Familia regum Bythiniæ regnauit annos 238. Clim.

Pipini progenies tenuit regnum Galliæ 231. quibus Hugo Capetus Pariſienſis Comes ſucceſsit 238. eſt Clim.

Longobardi regnarunt in Italia annos 204. ſuperauit vnus annus Climactericum.
Krantzius ita ſcribit: tutati ſunt fortiter Italiã, donec aliquid paternæ Danicæ originis in viris remanſit, ſed vbi iam illos remolliuit clementia cœli, ceſſerunt Carolo Magno.

Bodinus & alij ſcribunt, duraſſe annos 210. Clim.

A centum & amplius octoginta annis regnauit in Polonia perpetua ſucceſsione Iagellonia magnorum ducum Lithuaniæ progenies. Mart. Cromerus. Nunc autem in aliam familiam tranſlatum eſt.

Dignitas Electoratus permanſit in familia Anhaldina annos 227

Chem-

Chemnicius. Poſtea peruenit ad Comites Miſnenſes.

Mammeluci tenuerunt regnum in Aegypto vſque ad Selymum circiter 259. Clim. Neander.

Et vt hunc tractatum concludam, de ſeptenario numero annorum, de annis Climactericis & Enneaticis, velim conſiderari annū mundi 4410. quem nonnulli citius, nonnulli tardius adueniſſe volunt, diſcrepant enim per 8. aut nouem annos, ſed vtcunq; hæc ſe habent, ego non ſum tanti iudicij, neq; in computandis omnium temporum articulis tam exercitatus, vt hanc diuerſitatem conciliare audeam aut poſsim.

Hoc tamen ex illorum computationibus conſtat, annum illum incidiſſe in annum Domini ferè 440. aut 448. & quod vnus illorum ſit inſignis Climacter ſeptenarius mundi, quia 4410. ſunt ſexagies & ter ſeptuaginta, vel nouies 490. vel ſepties 930. ſiue nunc præciſè incidat in hos annos Domini ſuprà annotatos, quorum vterq; eſt ferè Climactericus (quod ego nec affirmare, nec oppugnare volo) ſiue in alios: tamen circa hæc tempora varia bella & mutationes acciderunt.

Nam proximis 7. ſequentibus hebdomadibus, quæ annos 49. continent, vt hiſtoriæ ſatis teſtantur, regna & imperia in Vngaria, Germania, Italia, Anglia & Hiſpania mutata ſunt: Imperium Romanum Occidentale deſijt. In ſumma Aſia, Europa, & Africa non immunes fuerunt variorum bellorum inteſtinorum & externorū, ita vt orbis terrarum vno tempore maiores calamitates, ac bella in omnibus partibus non ſit perpeſſus.

Genſericus Carthagine potitus Siciliā claſſe aggreditur, eamq; etiam grauiter affligit & vaſtat.

Theodoſius Imperator bellum mouet contra Genſericum & VVādalos, Africam tenentes, vt Valentiniano genero laboranti ſuccurreret, qui Imperator Occidentalis erat.

Hunni Thraciam & Illyricum grauiter depopulati ſunt.

Attila interfecto fratre Bleda & perpetrato parricidio, ac toto regno potitus, ex Pannonia cum 500000. militibus in Germaniā peruenit, deinde ad Toloſam in campis Catalaunicis pugnam commi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

ſit, ſocios habuit Oſtrogothos, Gepidos, & Germaniæ populos, Quados, Marcomannos, Herulos, Thuringos, Saxones, Ex altera parte fuit dux Romani exertitus Aetius, Merouæus Rex Francorum, Gothi, Franci, Alani & Burgundiones, Theodoricus rex Gothorum occubuit. Et ſcribunt nunquam duos maiores exercitus oppoſitos fuiſſe. Nam trucidati ſunt ab vtraque parte, vt Iornandes ſcribit, 162000. homines exceptis nonaginta millibus, qui pridie prælij noctu ſibi occurrentes mutuis vulneribus conciderunt. Conſumpſit autem Attila in deuaſtanda Germania & Gallia annos ſex, ſeptimo domum redijt, & dirutæ ſunt vrbes, Colonia Agrippina, Tungria, Argentoratum, vrbs Rauracorum, Lugdunum. In Italia Aquilegiam deleuit, Ticinum & Mediolanum excidit, & cùm Romã contenderet, à Leone Papa VII. placatus, non ſolum à Romana obſidione abſtinuit, ſed etiam Italia diſceſſit, & altero anno in nuptijs ſuffocatus perijt: filij inter ſe diſcordes facti, relicta à patre conſeruare non potuerunt: nam eiecti ſunt à VValemiro, Theodomiro, & Vindemiro.

Aetius deuicto Attila à Valentiniano Imperatore ex Gallia vocatus, nihil mali meritus vel metuens, interemptus eſt, & gratiã hanc pro adepta victoria aſſecutus eſt.

Angliſaxones (qui ſedes ſuas habuerunt inter Vitas, id eſt, Iutas & Saxones, quæ terra inter Iutlandiam & Holſatiam Saxonũ in angulo ſita eſt: & Slia flumine, & oppido ab vna parte clauditur: ab altera verò ſinu freti atq; vrbis Flensburgenſis terminatur) his temporibus feruntur inuitati à rege ad defendendam Britanniam, in quam tribus longis nauibus, cum copijs auxiliaribus, quas ipſis adiunxerunt Iutæ & Saxones gentes ſunt delati. Quod illis factu facile fuit, cùm ſint portus optimi in Oceano Occidentali, ex quibus in Angliam paucis diebus facillimè traijcere potuerunt. Et cum Britannia ab illis defenſa eſſet, non ſolutis ſtipendijs perpetuum domicilium & ſedes in ea fixerunt, & Britannia à nouis incolis nomen accepit, quod hodie retinet: quemadmodum & lingua eius gentis multum habet affinitatis cum Danica: Quod multa vocabula vtrique genti communia oſtendunt.

Hac igitur occaſione Britannia ab Angloſaxonibus occupata, in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

duo regna Anglorum & Scotorum eſt diuiſa, vt Beda, Krantzius & Cimbrorum annales teſtantur. Errant igitur cæteri, qui Anglos ab Engeris in VVeſtphalia, aut à ciuitate Ancklen Pomeraniæ ortum habuiſſe ſcribunt, qui hanc prouinciam & ſitum eius ignorarunt, minimeq́; verba Bedæ, negligentia fortaſsis deſcriptoris Vitas pro Iutas ſcribentis duabus primis literis tranſpoſitis, cōſiderarunt: & ipſi Angli ita legendum eſſe fatentur. Conſtat etiam ex Ptolomæo & Cornelio Tacito, Anglos antiquiſsimos eſſe terrarum Septentrionis ad Oceanum incolas. Tacitus enim Anglis coniungit Ariòs, Eliſios, Manimos, qui hodierno adhuc die appellantur videlicet, Ar, Alſen, & Mone, quæ ſunt vicinæ inſulæ ſubiectæ Regi Daniæ, & ducibus Sleſuicenſibus. Beda etiam recenſet diuiſionē Britanniæ inter Saxones, Anglos, & Iutas.

Nunc procedam vlterius ad reliquas vaſtationes.

Thedoſius iunior, Imperator equo prolapſus afflictus, moritur Conſtantinopoli ætatis 50.

Thoriſmundus rex Gotthorum interfectus eſt à clienti, cum morbo oppreſſus ſanguinem curandi gratia emitteret.

Biorgor vel Beurgur Alanorū rex, infeſto exercitu Italiam inuadit, à Richimero Sueuo, qui in locum Aetij ſucceſsit, ſuperatus & extinctus eſt.

Baſilius à ſorore Auguſta abſente Imperatore in ſolio regali poſitus, cum Martium filium Imperatorem feciſſet, redeunte Zenone relegatur in Lemnum, & fame ambo conſumuntur.

Romam dux Genſericus per Vandalos ſpoliauit, ſacraq́; donaria templi Hieroſolymitani à Tito Veſpaſiano antea direpta, nec non Eudoxiam Auguſtam vnà cum duabus filiabus inde in Africam abduxit, cùm paulò ante Carthaginem & Africam, 50000. hominum occupaſſet, & à Gothis ex Hiſpania eiectus eſſet.

Valētinianus Auguſtus, Honorij Imperatoris è ſorore Placidia nepos, in campo Martio confoditur ab Aetij amico, inſtigante Maximo, cuius vxorem ſtuprauerat.

Maximus imperium inuadit, ſed poſt 77. dies cùm tyrānidem ſuſciperet, membratim diſcerptus in Tyberim proijcitur.

Hildericus Francus rex Gemaniam & Belgicam inuaſit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Auitus, qui poſt Maximum ſuſceperat imperium, deponit magiſtratum, & fit Epiſcopus. Placent.

Leo Magnus Pontifex moritur.

Maioranus Imperator moritur, vt putatur Richimeri fraude peremptus.

Seuerus Imperator etiam veneno tollitur à Richimero.

Anthemius Imperator à Richimero genero ſuo contra ius occiditur.

Et Roma anno Domini 472. diripitur, poſtquam ab Alarico & Genſerico capta & direpta fuerat. Richimerus verò poſt 39. dies ſæuiſſimis corporis cruciatibus extinctus eſt. Olybrius Imperator, qui Anthemio ſucceſſit, menſe Imperij ſeptimo vitam reliquit.

Glycericus Olybrio ſufficitur in Occidentis Imperio, quod deponere compulſus à Iulio nepote fit Salonæ in Dalmatia Epiſcopus.

Leo Senior Imperator Orientalis moritur.

Leo iunior Zenonem in imperij conſortium aſſumpſit.

Oreſtes genere Gothus Iulium Nepotem Imperatorē, qui ipſum honoribus auxerat, & magiſtrum militum fecerat, imperio priuat & filium ſuum Auguſtulum puerum Imperatorem creat. Hic Auguſtulus imperare cœpit poſt annos 496. (ſecundum Bodinum) poſtquã Senatus Rom. Octau. Auguſtum Cæſarem, primum Auguſti appellatione ſalutauit: & hoc modo confirmatur ſupra poſita regula, Quòd imperia plerunq; cadãt elapſis 490. annis, aut circiter.

Sed hic notandum eſt etiam obiter, quod ſæpe regna deficiant, aut etiam mutentur ſub ijs regibus, qui eorundem regnorum conditorum ac fundatorũ nomina referunt, quod multi viri docti annotarunt.

Perſarum imperium ſub Dario primo creuit, ſub Dario altero corruit ac deſijt.

Eadem fuerunt etiam nomina Philippi Macedonis & Philippi patris Perſei. Regnum enim Macedonicum ſub Philippo patre Alexandri Magni eff loreſcere cœpit, quòd paulò poſt rectè conſtituta diſciplina militari, & aucto robore arma victricia per totũ Orientem circumtulit, oppreſſaq; Perſarum monarchia ad Indos vſq; penetra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

netrauit. Idem regnum ſub altero Philippo Demetrij filio poſt annos 160. concidit. Vnde poſtea vulgò iactatum eſt illud ex oraculo:
ὑμμῖν κοιρανέων ἀγαθὸν ϗ πῆμα φίλιππος.

Bruti primi Conſulis & Bruti interfectoris C. Cæſaris.

Ptolomæi primi regis AEgyptiaci poſt Alexandrum & vltimi Ptolomæi, qui vitam & regnum ſub Iulio Cæſare perdidit, & vltimus regum ex ea familia fuit.

Conſtantini Magni & primæ Helenæ filij qui Conſtantinopolin condidit, & Conſtantini Palæologi Octauæ Helenæ filij, cui vrbem illam Turci eripuerunt.

Vrbani II. *Pontificis, ſub quo Ieruſalem occupata eſt à Chriſtianis, & Vrbani* III. *ſub quo redijt ad Barbaros.*

Heraclij Imperatoris, qui crucem ſanctam & Hieruſalem reſtituere Perſas coëgit, & Heraclij Patriarchæ, ſub quo denuo hæc perdita ſunt.

Balduini Flandri I. qui Conſtantinopolin Græcis eripuit, & Balduini II. *ſub quo imperium illud ad Græcos redijt.*

Vualdemari primi, qui Daniam inter tres reges tunc diuiſam, cùm vnus ab altero eſſet interfectus, & vltimum ille bello ſuperaſſet, in integrum reſtituit, ac in ſeſe tranſtulit. Et Vualdemari IIII. *Margarethæ trium Borealium regnorum reginæ patris, in quo maſcula veterum Daniæ regum familia deſijt.*

Franciſci Sfortiæ primi, qui ducatum Mediolanenſem in ſuam familiam tranſtulit: Et Franciſci II. *præcedentis ab nepotis, quo mortuo ducatus Mediolanenſis ad Carolum V. peruenit.*

Adolphi II. *de Salnigſleue, qui Comitatum Holſatiæ à Lothario Imperatore accepit: & Adolphi V. & vltimi ex eadem familia, in quo permanſit vltra trecentos annos, quo defuncto ad aliam familiam peruenit, & in Ducatum erecta eſt.*

Chriſtierni I. ex Comitibus Oldēburgenſibus nati, qui Daniam, Noruegiam, ac Sueciam tria regna Septentrionalia, & duos ducatus Holſatienſem & Sleſuicēſem, primo acquiſiuit, adminiſtrauitq́; & Chriſtierni II. nepotis eius, qui illa rurſus perdidit, ita vt nunquam poſtea ſimul vnum eundemq́; principem habuerint.

Her-

Hermanni primi Epiſcopi Derptenſis in Liuonia nati ciuis Bremenſis, ſub quo Epiſcopatus erectus eſt; & Hermanni nati ciuis VVeſelenſis, ſub quo Imperator Moſcouiæ Epiſcopatum vicit, & euertit, cum alioqui nobiles, ex equeſtri familia nati, Epiſcopatui præfuiſſent.

Item, Auguſtuli, & Auguſti, vt dictum eſt.

Ioachimus Camerarius, Regibus & Principibus, quorum nomina Imperiis fatalia fuere, etiam Carolum Magnum, & Carolum Quartum Imperatores annumerat, propterea, quod primus Romanum imperium auxerit, Carolus autẽ Quartus redditus ipſius diminuerit.

Sextorum nomen, fatale fuiſſe vrbi Romæ, verſus vulgo noti, oſtendunt.

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & iſte eſt,
Semper ſub Sextis perdita Roma fuit.

Sed hæc non oriuntur ex cauſis cœleſtibus, ſed ſunt coniecturæ aut ἐνθυμήσεις *non prorſus vanæ doctorum hominum, colligentium eas ex rebus nonnunquam ita contingentibus, ex quibus tamen non ſemper ſequitur determinata veritas.*

Hoc tamen certiſſimum eſt, regna mutari diuinitus certis periodis ex decurſibus aſtrorum, DEO immortali ſyderibus veluti inſtrumentis ad hoc vtente, & inſignes aliquot ſyderum concurſus deſtinante, quæ mutationes aut conuerſiones plerunq; annis Climactericis, id eſt, annis ſeptenariis ac nouenariis in ſe inuicem multiplicatis contingunt. DEVS enim omnia numeris variis certo ordine ac menſura mirabili colligauit. Sed tamen numeri non ſunt ſolæ cauſæ ſecundæ harum mutationum, neque præcipuè corpora cœleſtia vel concurſus & reuolutiones ſyderum, & obſcurationes luminarium: DEVS enim ſolus transfert regna, & conſtituit, Daniel. 2. Sed ſunt ſigna deſignantia fatales rerum mutationes. Quare cùm hebdomatici & Enneatici anni alicuius regni coincidunt, & quaſi conſentiunt cum coniunctionibus magnis ac variis, nec non luminarium defectibus, metuenda eſt certè magna & ingens mutatio eius regni, quod habet cum prædictis aliquam cognationem, & certò concludendum eſt, hoc fieri his temporibus, cum in aliqua prouin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

prouinciæ, vel religio mutatur, vel ſuboriuntur inteſtinæ diſſenſiones, & fatales diſcordiæ, & fœdera inter imparis conditionis principes contrahuntur, exteræq́ nationes in auxilium vocantur, à quibus incolæ opprimuntur. (Hoc accidit Britannis ab Anglis, Italis à Gothis, Hiſpanis à Mauris, Græcis & Vngaris à Turcis: ſic etiam Gotfridi progenies, orta inter illos diſſenſione de principatu regni Hieroſolymitani, eiecta eſt à Saracenis.) Vel cùm omnes ſtatus alicuius regni inopia rerũ ac inedia laborant, aut innumeris diuitijs abundant, quæ duo extrema homines æquo animo ferre non poſſũt. Cymbri, Gothi, VVandali, Dani & Normanni propter inopiam, quæ ex multitudine eorum contigit, ſuas ſedes & regna reliquerunt, in Italiam, Hiſpaniam, & Africam propter fertilitatem horum locorum & incolarum diuitias, omniumq́ rerum abundantiam contenderunt, ibiq́ rerum ſuarum domicilia conſtituerunt. Religio aliam formam Romano imperio induxit, Numæ Romanorum regis & Conſtantini Magni Imperatoris temporibus. Pontifices ijſdem medijs dignitatem Romani imperij fere in ſe tranſtulerunt. Diuerſitas opinionum in religione Regnum Græciæ euertit. Superſtitio Mahometana Turcarum & Perſarum Monarchiam euexit. Iſmaël Perſarum regnum ſub religionis prætextu recuperauit. Carolus Saxonum gente ad Chriſtianam religionem adacta, maximam partem Epiſcopis ſubiecit, & ſic ibidem aliam formã induxit. Anabaptiſtæ nouos fingentes errores, regnum nouũ erigere conabantur. Quemadmodũ etiam ſeditioſi ruſtici in Germania qui, ſi non eſſent à principibus repreſſi ac trucidati, incendioq́ flagranti mature fuiſſet occurſum, tam principes quàm nobiles, radicitus extirpaſſent, aliamq́ formam Reip. induxiſſent. Quas aũt rixas & diſſenſiones habeamus in Europa propter diuerſas quorundã in noſtra ſacra religione ſententias, res ipſa docet, adeoq́ illud malũ Deo noſtram ingratitudinem & contemptũ verbi ſui vlciſcente, iam inualuit, vt nulli remedio locus ſit relictus, ita vt inde euerſio totius noſtri Romani imperij ſit metuenda: niſi aliqui ex ſacris literis colligerent, illud vſq́ ad finẽ mundi duraturũ. Quanta enim mutatio multarũ prouinciarũ acciderit, & quõ cætera regna, tanquã ruinæ proxima, nutent, eſt in conſpectu. Sed ſpero Deum finem laborum

tandem impoſiturũ, & propediem tanquam iudicem iuſtum venturum.

Zoſimus lib. 1. Imperiorum mutationes DEI voluntati & ſidereorum motuum reuolutionibus, etiam rectè aſſcribit, ita dicens: Romani tantam ad fortunæ magnitudinem euecti ſunt, vt vix totis quinquaginta & tribus annis non Italiam modo, ſed vniuerſam quoque Africam acquiſiuerint, & Hiſpanos in ditionem acceperint: cumq; maiora peterent, ſinum Ionium tranſierunt, Græcos ſuperarunt, imperio Macedonas abdicarunt, regem illorum deniq; viuum in poteſtatem redactum, Romam abduxerũt: Quarum ſanè rerum cauſam nemo ad vires humanas retulerit, ſed potius ad neceſsitatem fatalem, vel ſidereorum motuum reuolutiones, vel ipſius DEI voluntatem fauentem ijs, quæ cum iuſta cauſa ſubeſt, pro viribus ſuſcipiuntur.

Verum redeat oratio ad enarrandas reliquas calamitates.

Odoacer Herulorum rex, qui multos reges diuerſorum populorum paulò ante vicerat, Romam in fine harum ſeptem hebdomadarum expugnauit anno Domini 476. vel circiter, & Oreſte trucidato Auguſtulum ſe imperio abdicare coëgit, atq; ita Romanorum imperium in Occidente deſijt ac defecit, & peregrinis ac Gothis ſpoliãdum diſtribuendumq; relictum eſt.

Romana Reſpub. ſpacio ferè 49. annorum habuit vndecim vel plures Imperatores in Oriente & Occidente, qui, vt imperium temerè ambierunt, ita non longis interuallis omnes occubuerunt. Direpta & capta eſt duabus vicibus Roma. Attila ei pepercit, ſic etiam Theodoricus Amalus fecit, qui ſubacto Odoacro tribus prælijs, illam ingreſſus eſt. Ita vt quater in hoſtium poteſtatem ſit redacta breui temporis ſpacio.

Quantas igitur calamitates poſt hunc annum ter maximum Climactericum interſtitio ſeptem ſequentium hebdomadarum annorum, id eſt, 49. perpeſsi ſint, non ſolum Imperatores, reges, milites & priuati homines, ſed etiam vrbes, regiones & prouinciæ, & quomodo totus orbis ferè vaſtatus ſit recenſui.

Cum autem annus Christi 1588. qui eſt annus mundi 5558. ſecundum ſupputationem Bucholzeri, & aliorum haud contemnendorum

dorum Chronologorum, annus ſit Climactericus: continet enim in ſe ſepties centena nonaginta quatuor, atq; etiam ſeptuagies ſeptuaginta nouem & quater ſeptem: & annus Chriſti proximè ſequens nempe 1589. ſit etiam Climactericus, (continet enim is numerus in ſe ſepties bis centum & viginti ſeptem, atq; etiam ſeptuagies viginti duo, & ſepties ſeptem) non dubium eſt, quin maximi motus, & fatalis quæda mutatio, non vni atq; alteri regioni, ſed toti terrarũ orbi paulo poſt impendeant, præſertim cum etiã cauſæ cœleſtes nõ obſcuræ & coniunctiones Planetarum, nempe anno Domini 1583. Sedecim omnes in piſcibus anno Domini, 1584. 14. in ariete. Anno Domini 1586. 13. etiam in Ariete. & vna Solis & Mercurij in Tauro. Deinceps anno Domini 1588. 12. coniunctiones in diuerſis ſignis, & duæ Eclipſes contingant. Et vaticinia quædam non ſpernenda concurrunt.

Noti ſunt enim verſiculi Regiomontani:

Poſt mille expletos à partu virginis annos,
Et poſt quingentos rurſus ab axe datos.
Octogeſimus octauus mirabilis annus
Ingruet, is ſecum triſtia fata trahet.
Si non hoc anno totus malus occidet orbis,
Si non in nihilum terra fretumq; ruant.
Cuncta tamen mundi ſurſum ibunt atq; deorſum
Imperia, & luctus vndiq; grandis erit.

Et, quod amplius, mũdus indies ſingulos ſeneſcit, & fit languidior ac excentricitatẽ Solis mutatã eſſe, ſenſibiliter à Ptolomæi temporibus huc vſq;, manifeſtè deprehẽditur. Ac proinde, cum in illa ſuperiori firma ac durabili in aliquot ſecula natura, mutationes tantas animaduertimus, nullum eſt dubiũ, quin inferiores naturæ, quæ ex ſuperioribus pendent, vt homines, terræ, imperia, regna, vrbes, maiores viciſſitudines, & mutationes, & nunc & in poſterum ſint habituræ.

Atq; hæc quidem de annis Climactericis, & periodis imperiorũ, annotare per ocium volui, ex quibus lector ſtudioſus colligere haud difficulter & intelligere poteſt, annos Climactericos & Enneaticos ex cœleſtibus cauſis dependere, & Deum Opt. Max. vt cætera, ſic et-

iam ſecundum ſuam immenſam miſericordiam hunc ordinem conſtituiſſe, & mirabili mẽſura, motu, numero, & concentu colligaſſe.

Nam is eſt ordinis in natura rerum conditor, ac imperiorum ac rerumpublicarum gubernator, & temporum vitæ ſalutisq́; noſtræ author, cui te & me optime Lector ad omnium ſeculorum æternitatem piè commẽndo.

DE STATV MVNDI.

PRælia crudeſcunt, gerit omnis natio bellum:
Omnia terribili regna fragore crepant.
Factio diſtrictos in mutua vulnera ciues
Armat, & alterna clade dat exitio.
Vſuris exhauſta iacent patrimonia regum,
Vnciaq́; in fœnus nulla ſat eſſe poteſt.
Non modus in victu, non eſt in veſte decorum,
Corpora luxuries, luxus inanit opes.
Quiſq; ſui ſeſe ſupra genus ordinis effert,
Contentusq́; ſuo denegat eſſe gradu.
Nemo laborantis, nemo miſereſcit egeni,
Omnis in humano corde refrixit amor.
Integritas, ſincera fides, candorq́; receſſit,
Melle fluunt linguæ, pectora felle tument.
Fœdera, contractus, commercia pacta, forumq́;
Mille ſophiſmatibus peruia, mille dolis,
A centro dimota ſuo, diſiectaq́; tellus
Intremit, horrendis concutiturq́; modis.
Aeſtuat inſolitis agitatum fluctibus æquor,
Eluuiem moles nulla coërcet aquæ.
Degenerant partes mutati enormiter anni,
Menſibus æſtiuis frigida torpet hyems.
Tempore non alio defecit crebrius vnquam
Luna peregrino lumine, Solq́; ſuo:
Nec prius ignoti toties arſere cometæ,
Ventorum grauior nec fuit antè furor.
Annona in precio eſt, vix ære parabilis vllo,

Vnde

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Vnde fames multis ſæuit acerba locis.
In populos ſpargunt diræ contagia febres:
Nec mortis ſpecies vna, nec vna via eſt.
Deniq; ceu longo labefacta puerpera nixu
Anxia, ſemianimis plena dolore gemit:
Sic defeſſa malis natura fatiſcit, & optat
Exuuias oneris depoſuiſſe ſui.
O immenſe gigas, qui ſuſtentantia mundum
Fulcimenta tenes omnipotente manu:
O lapis abſq; manu de monte reuulſe ſuperno:
Rumpe moras, curſum corripe Chriſte, veni.
Deſtrue ſuccidui reliquum quodcunq; coloſſi eſt.
Exordire tuum protinus Imperium,
In quo certa quies ſtat definita laborum,
Fixus vbi noſtri terminus exilij eſt.

Adiectæ ſunt hic duæ tabulæ annorum Climactericorum & Enneaticorum, quæ ſunt collectæ ex 7. & 9. numero, ex quibus videre licet, ad quos aſpectus aſcendens & cæteri Planetæ profectione his annis perueniunt.

Similiter his adiuncta eſt figura natiuitatis Henrici Ranzouij cum ſuccincto iudicio, nuper à doctiſſimo viro D. Conrado Daſipodio Aſtrologo Argentinenſi edita.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Numerus.	Anni Climacterici		Aſpectus.
1	7		☍ 7. domū.
2	14		2. domū.
3	21		△ 9. dom.
4	28		□ 4. dom.
5	35		✱ 10. dom.
6	42	ad	6. dom.
7	49		1. dom.
8	56		8. dom.
9	63		✱ 3. dom.
10	70		□ 10. dom.
11	77		△ 5. dom.
12	84		12. dom.
13	91		☍ 7. domū.


Numerus.	Anni Enneatici.		Aſpectus per profectionē.
1	9		△ 9. domū.
2	18		6. dom.
3	27		✱ 3. dom.
4	36		12. dom.
5	45		△ 9. dom.
6	54	ad	6. dom.
7	63		✱ 3. dom.
8	72		12. dom.
9	81		△ 9. dom.
10	90		6. dom.
11	99		✱ 3. dom.
12	108		12. dom.
13	117		△ 9. dom.

Aſtrologia eſt ex Planetis & ſignis cæleſtibus optabilis] diuinatio, cõiectura nitens, quæ nunquam fortaſſe fallit, ſed tamen ad veritatẽ ſæpiſſimè tendit, cùm tempus verum eſt relatum, & artifices ſunt perfecti. Eſt enim à multis ſeculis repetita, in quibus cùm pene innumerabiles res eodem modo euenirent, eiſdem ſignis ſic antegreſſis & collocatis, eaq́; ſæpe animaduertendo & notando ſic ars eſt effecta.

Cicero lib. 1. de Diuinatione.

Affert vetuſtas omnibus in rebus longinqua obſeruatione incredibilem ſcientiam.

158. 39. 30.



Solis.	*Lunæ.*
Declinat. 0. 21. Sept.	*Latitudo. 4. 14. Sept.*
Aſcens R. 0. 48.	*Declinat. 1. 30. mer.*
Diſtant. ab I.C. 22. 9.	*Aſcens R. 345. 46.*
Circulus poſ. 28. 16.	*Diſt. ab I C. 7. 7.*
Deſcenſ. obl. 0 58.	*Circ. poſ. 9. 35.*
	Diff. aſcens 0. 15.
	Deſcen. obli. 345. 31.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Series directionum pertinentium ad morbos, pericula, & vitæ longitudinem.

	In annis,	Menſ.	Diebus.
Solis ad Saturnum	7.	5.	0.
Lunæ ad Saturnum	22.	4.	24.
Solis ad Martem	24.	8.	0.
Horoſc. ad cor Scorpij	31.	10.	6.
Lunæ ad Martem	36.	10.	6.
Horoſc. ad □ Lunæ	43.	0.	0.
Horoſc. ad □ Solis	60.	3.	6.
Horoſc. ad □ Saturni	67.	1.	12.
Horoſc. ad □ Martis	79.	10.	0.

Series directionum pertinentium ad bona fortunæ.

	In annis,	Menſ.	Diebus.
M.C. ad trigonum Iouis	8.	3.	6.
M.C ad trigonum Veneris	8.	11.	12.
M.C. ad oppoſitum Saturni	29.	0.	24.
M.C. ad Spicam Virginis	36.	10.	6.
M.C. ad oppoſitum Martis	42.	2.	18.
M.C. ad Sortem	50.	8.	12.
Solis ad corpus Iouis	51.	1.	0.
Solis ad corpus Veneris.	53.	3.	0.
M.C. ad luminoſiorē lãcis	57.	4.	0.
Vel iuxta alios	58.	2.	0.
Lunæ ad corpus Iouis	60.	7.	0.
Lunæ ad corpus Veneris	61.	7.	0.
M C. ad oppoſitum Iouis	64.	8.	24.
M.C. ad oppoſitum Veneris	65.	2.	18.
M.C. ad cor Scorpij.	81.	2.	24.

♂ in propria domo. *♀ in propria domo.*

☌ benigna ♃ & ♀. *fortunarum in domo propria ♀.*

✱ aſpectus ♀. & ♃ ad ☽. ex ſeptima Cardinali domo in quartã.

✱ aſpe-

✱ aſpectus ♀ & ♃ ad ☿ ex ſeptima in quartam.
☌ ☿ & ☽ in quarta domo Cardinali.
Caput Draconis & fidicula in ſecunda domo.
☌ Solis & ♄ in ♈ .infortunata eſt.
Cætera omnia bona fœliciaq́; ſunt.

Directi & veloces ſunt omnes Planetæ, excepto Mercurio retrogrado.

Motus Solis eſt computatus in hac figura ſecundum tabulas Alphonſinas, ſecundum autem tabulas Prutenicas locus ☉ 0. grad. 22. min. Arietis.

Omnes Planetæ ſunt in Planetarum exaltationibus, ergo honores, & ſub terra excepta Venere, quæ & ipſa occidit, id ingenij vires occultas deſignat.

Oppoſitio præcedens natiuitatem cadit in 10. domum. Nam Luna fuit in 19. gradu Piſcium ſupra terram, id ſignificat etiam honores.

Sol in exaltatione excellentes honores atq́; dignitates largitur.

Duo Planetæ in proprijs domibus faciunt illuſtrem & ſplendidā ac celebrem fortunam, & in maxima vitæ parte & in ſuis actionibus fœlicem ac fortunatum.

Iupiter naturalis ſignificator religionis iunctus Veneri & ſextili aſpectu intuens Lunam & Mercurium pietatis ac veræ religionis, ſinceritatis, modeſtiæ & cæterarum virtutum ſtudioſum reddunt.

Mercurius in angulo dat alacritatē ingenij literarum atq́; diſciplinarum ſtudium, in primis vero rerum mathematicarum & naturalium.

Cōiunctio Mercurij & Lunæ in quocunq́; ſigno fiat excellētia facit ingenia in quibus non tantum eſt indolis præſtantia ſed & induſtria atq́; ſagacitas eximia, ſed retrogradus Mercurius, actiōes non ingenia impedit.

Mars morborum ſignificator, calidas & ſiccas infirmitates corporis adfert; quas etiam expertus.

Iupiter generalis ſignificator diuitiarum in ſeptima ex coniugio diuitias durabiles per omne tempus vitæ largitur, præſertim cum ſit fortis & fortunatus coniunctus Veneri in proprio ſigno.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Septima domus cum ſuis ſignificationibus bene conſtituta feliciſsimum dat coniugium, præſertim cum benefici Planetæ in ſeptima exiſtentes ſint fœlices, & potentes, nobilem diuitem & opulentam atq; benè moratam coniugem promittunt. Nam dotem accepit cum vxore ſua vltra ducenta millia thalerorum, exceptis bonis immobilibus, & cum Lunam intueantur aſpectu benigno concordiam & vnanimitatem coniugum largiuntur.

Itinerum ſignificatores, promittunt honorifica itinera ob res Iouiales taleſq; actiones & ad perſonas, vel propter perſonas regias inſtitutas.

Mars in quinta domo cũ Saturno in proprio ſigno. Etſi hi in hoc loco ſolent negare filios, tamen cùm Mars ſit Dominus natiuitatis aſcendentis, & quintæ domus in ſua triplicitate & termino fortis dedit filios & datos ſeruabit erúntq; potentes. Nam Saturnus propter loci præſtantiam quintæ domus nihil mali perpetrare poterit in domo Martis circumdatus, à Sole & Marte, quorum alter in exaltatione, alter in domo ſua exiſtit.

Sed anno Domini 1582. mortuus eſt ei filius natu minimus, Ioãnes, 17. Octobris peſte. Nam Saturnus & Mars peruenerunt in annua ipſius reuolutione denuò ad 5. domum, & filius habuit Saturnum retrogradum in domo mortis in Leone, in propria natiuitate. Sicut illi quoq; antea Anno 72. mortuus eſt filius Theodoricus.

Diuturnam autem fore vitam Henrici Ranzouij oſtendunt Iupiter & Venus in ſeptima, quæ felicem plerunq; deſignant ſenectutem. Atq; idem conſtat ex aſcendente, & Luna quæ eſt Hilech. Deinde ex Almuthen genituræ ſcilicet Martis, hoc modo aſcendentis & Lunæ ſigna ſunt humida, & ſatis humidi radicalis ſuppeditant ipſi. Dominus verò aſcendentis & Almuthen ſcilicet Mars & per ſe feruẽs eſt eſt & feruidum ſignum domicilium proprium occupat, vnde æquali menſura natiuum calorem humido radicali proportionatum præbet, ita vt neq; humoris redũdantia calorem extinguat, neq; ſubito conſumi ab ipſo poſsit. Habet etiam omnes Planetas ſub terra fœlices. Illi tamen anno Climacterico 56. aſtra mortem minata ſunt. Profectio enim eius anni aſcendentis peruenit ad octauam domum & quadratum Solis, Saturni & Martis & Lunæ,


quæ

quæ eſt Hilech ad oppoſitionem Solis, Saturni & Martis. Deinde directio aſcendentis contendit etiam ad quadratum Solis, quem tamen, vt à me ac ipſo prædictum fuerat, ſuperauit, ſed non ſine graui morbo.

Et quanquam diu ſit victurus, tamen quantum ex ſignificatione Aſtrorum colligi poteſt, ominantur illa Ranzouium morte mirabili vel ſubitanea eſſe periturum. Nam Sol, Saturnus & Mars, ſunt in ſigno violeto & cauda eſt in octaua domo, cũ ſtella violenta Hercule. Quod vt Deus auertat, eiq́ cõcedat vt omnibus animi ſenſibus integris ſpiritum vnde accepit reddat, ac in Vera ac pia nominis diuini inuocatione ex hac vitæ colluuione, ad æternam immortalitatem fœliciter emigret ex animo precor.

SCHEMA COELESTE Ducis Holſatiæ Adolphi, vna cum vero ipſius tempore natalitio, & iudicio, quod Oenoponti Matthias Delius, cùm Carolus V. Imperator ibi moraretur inſcius nati nominis, petente id Henrico Ranzouio, erexit, in calce adiectum eſt, idq́ eam ob cauſam, quod ab Ebero annotatum reperitur in ſuo Calendario, eum natum eſſe anno Domini 1527. de quo tempore doctiſſimus vir Sixtus ab Hemminga dicit, ille omnes Planetas in detrimento vel caſu ſitos eſſe, cùm tamen certò conſtet, Ducem Adolphum natum eſſe anno Domini 1526. menſe Ianuario die 25. hora 11. min. 30. In qua figura Planetæ omnes ſunt directi, & Luna in propria domo, Venus in ſua exaltatione, & quatuor Planetæ in aliorum Planetarum exaltationibus inueniuntur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]



Dominus genituræ Iupiter, qui adiungit ſibi Venerem.

Almuten coniugij eſt Venus, vna cum Luna & Ioue.

Mutabilitatem vitæ imponit horoſcopus mobilis.

Itinera longa Luna efficit quæ cùm ſit cum cauda, & varia illa notat, & ambigua, nec ſine ſumptibus magnis ſollicitaturum e um externos dominos.

Natura quidem heroica eſt, excelſa, & grandis, magnanimus quoq; natus eſt, & magni nominis ac famæ progenieiq; magnæ. Propria inclinatio eſt, ad rem bellicam & Architecturam, facultates proceſſu temporis augebuntur.

Fratrum conditionem commendat caput in tertia, vt parum aut nihil cum eis diſcordare videtur.

Parentes amplos denotat Sol in quarta, & quidem ſenes, quia eſt in domicilio Saturni.

Similiorem quoq; exiſtimo matri, quàm patri, paterq; prius, ni fallor, morietur.

Copioſam prolem promittit ſignum fertile quintæ, & Luna in proprio domicilio, reſpecta Venere.

Natus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Natus, iuuenum conſortio magis, quàm ſenum delectabitur Luſoremq́; arguit coniunctio Martis cum Venere, gratum quoq; efficit mulieribus.

Planetæ, directi ſunt omnes, quod non parum momenti ad felices ſucceſſus nati habet.

Iupiter in ſeptima. tria nonnunquam denotat connubia, & quidem illuſtria, ſed tamen hoc non auſim confirmare, propter ſignum Tauri.

Hylech & Alcochoden eſt ipſa Luna, quæ vitam prolongat in annos 66. ſed videndæ quoq; directiones.

Hæc nato contigerunt.

ANno Domini 1548. ætat. 23. profectus eſt Bruxellam ad aulam Caroli V. Imperatoris, ibiq; per integrum annum permanſit.

Anno 1550. adfuit Carolo Auguſtæ, cum ibi conuentus Principum haberetur.

Anno 1551. in patriam, Holſatiam rediјt, cum Cæſar Carolus ex Oenoponte diſcederet, inopinatum aduentum Electoris Mauritij reformidans.

Anno 1552 cum 2000. equitibus, ſe ad Carolum contulit, obſidioniq; vrbis Metenſis adfuit.

Anno 1559. Ditmarſiam vna cum Rege Daniæ Friderico, & fratre Ioanne ſubegit, in qua expeditione lethaliter vulneratus fuit, Die 12. Iunij.

Anno 1564. Ipſis natalibus Chriſti, Philippi Landtgrauij Haſſiæ filiam Chriſtinam in coniugem duxit, cum qua quinq; filios, ex quibus vnus mortuus, & quinq; filias procreauit.

Anno 1567. Iuſſu Imperatoris, cum Electore Saxoniæ, Gothanam arcem obſedit.

Anno 72. Cùm Princeps Aurantius bellum aduerſus Albanum redintegraret, Regi Philippo Hiſpaniarum 2000. equitibus opem tulit, Eodem anno laborauit febre quartana, Menſe Februario.

Anno 1580. Circa feſtum Michaëlis, obijt eius frater Ioannes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Dux Holſatiæ, à quo hæreditatem amplam conſequutus eſt, ſequentibus annis.

Anno 1582. Circa feſtum Pentecoſtes ad Landtgrauium VVilhelmum profectus eſt, & incidit, durante profectione, in periculoſum morbum.

SEQVVNTVR VERSVS DE PLANETIS.

SATVRNVS.

Mortales odio infeſtans & peſte maligna,
Falcifer immiti deuorat ore ſenex.
Ora modis miris ſemper cui liuida pallent,
Inuidia huic cordi eſt ambitióq; latens.
Turpis, iners animus, frigus ſub pectore torquet,
Adiuuat hæredem, vomere ſcindit humum.

IVPITER.

Vtilis affulget iucundo ſidere terris
Iupiter, vnde iuuans dicitur eſſe pater.
Iura, magiſtratus, fora, templa tuetur & vrbes,
Iuſtitia clarus, conſilijsq; viget.
Efficit hic magnis gratos, & amator honeſti,
Eximo natos tollit ad alta gradu.

MARS.

Igneus ecce micat rubicundo lumine Mauors,
Pectus & accenſum feruida bilis agit.
Hunc iræ rabies, furor, arma ferocia, cædes,
Proditio, bellum, ſeditióq; iuuant.
Sæpius apportat claram victoria famam,
Lites ex ſpolijs diſsidijſqúe facit.

SOL.

Sol oculus mundi, vitæ Sol lucis & auctor,
Lucens ſolus humo, nomina Solis habet.
Magnanimos, iuſtos, creat hic & ſæpe ſuperbos,
In ſolio regis collocat atq; duces.

Lon-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Longæuos facit hic & magno nomine claros,
Splendida fert regum dona fauore potens.
Diſcutit vt tenebras radijs ardentibus atras,
Sic Sol natiuo cuncta calore fouet.

VENVS.

Hæc Soli vicina Venus nitet aurea vultu,
Blanda, decens, formæ iura potentis habet.
Lætitiam, choreas, luſus amat, otia quærit:
Editus hac amor eſt, hac genitrice iocus.
Vere nouo gaudet, terram fœcundat & æquor,
Commoda dat thalami fœdera, dote beat.

MERCVRIVS.

Mercurius fertur breuibus leuis æthere gyris,
Inconſtans, varius, nec ſtatione manet.
Hic aciem ingenij, varias largitur & artes:
Dulcis & orator voce, poeta lyra eſt.
Mercator bonus eſt, animi vim mobilis æquè,
Applicat ille bonis, applicat ille malis.

LVNA.

Luna per humentes tenebras & candida bigis
Luce micat fratris: corpora magna creat.
Herboſis habitat ripis, freta cærula Ponti
Nauigat: extremo quærit in orbe domum.
Dat thalami ſocias, in regna ablegat & vrbes,
Inſtabilis vitæ mutat & illa genus.

Hæc Diſticha ſingulorum Planetarum domos, exaltationes & cauſas complectuntur. H. R.

Saturni domus eſt noctis Caper, vrna diei,
Huic dolor eſt Aries, gloria Libra, ſeni.
Iupiter Arcitenentis habet cum Piſce Sagittam,
Cui tamen in Cancro ſors bona, iniqua Capro.
Sed Martis domus eſt Aries & Scorpio pugnax,
Huncquè Caper tollit, Cancer ad ima premit.

Sol

Sol habet hoſpitium ſibi ſolus in æde Leonis,
Atq; illi eſt Aries gloria, Libra dolor.
At Venus in Tauro, Libræq; per atria verſat,
Piſcibus exultat, Virgine preſſa iacet.
Mercuriusq; habitat Geminorũ in ſede, triũphat
Virgine, & eſt mœſtus Piſce adeunte caput.
Luna domũ Cancri tenet: illam Taurus honorat,
Et ſupra hanc verſans Scorpio ſorte premit.

MENSIVM LABORES HENRICI Ranzouij.

IANVARIVS.

Ianus vina bibit, crepitantiq; aſſidet igni.
Et pingues carnes torret, editq; ſuem.
Annum præteritum claudit, reſeratq; futurum,
Sed venam ferro tangere, iure vetat.

Aliter.

Iane biceps, anni finis, redeuntis origo,
Lætus ad igniuomum decoque parta focum.

FEBRVARIVS.

Indurat liquidas glacie Februarius vndas,
Frigeoq; exclamat, ligna bipenne ſecat.
Excitat ad Venerem, mandatq; incidere venam,
Sub glacie multos piſciculosq; capit.

Aliter.

Qui Februo tibi nec pelles, nec ligna reſeruas,
Falleris, hac currum, qua ratis ibat ages.

MARTIVS.

Vomere ſcindit agros, noctesq; diebus adæquat
Martius, ac Veris tempora læta creat.
Balnea inire iubet, & nauibus æquora ſulcat,
Ac vitem, frondes arboreasq; putat.

Aliter.

Vomere ſcindit agros, noctéſq; diebus adæquat
Martius, & Veris nuncia hirundo redit.

APRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

APRILIS.

Arboribus frondes, dat campis gramen Aprilis,
Perficit ac pleno munere Veris opus.
Humores purgare iubet medicamine prauos,
Et celebrat Chriſti Paſchata ſacra gregis.

Aliter.

Cana viret tellus, è frondibus induit arbor,
Aprili gemmans eliciente decus.

MAIVS.

Maius habet flores, flauum facit inde butyrum,
Lætitiaq́, hilarat cuncta creata ſua.
Venatu inuigilat, quo longas tranſigat horas,
Temperie ſuperat tempora cuncta ſua.

Aliter.

Salue ter felix ô Maie Smaragdine, ſalue,
Temperie certant tempora nulla tibi.

IVNIVS.

Iunius ad ſæui proficiſcitur horrida Martis
Prælia, mellificat, fœnaq́, falce metit.
Creſcentem ſegetem ſpicis exaſperat, atq́,
Lanam ouium tondet, Solſtitiúmq́, facit.

Aliter.

Iunius æſtiuo detonſa tempore lana
Defendas pecori Solſtitiumq́, iubet.

IVLIVS.

Iulius ardenti Cane torridus arua perurit,
Et gelido nudos abluit amne viros.
Falce metit ſegetes, ſequitur veſtigia cerui.
Ac lepores fallit ſeu cane, ſiue plagis.

Aliter.

Sub Brumam ne fortè pecus moriatur, Iuli
Proſpicis, & curua gramina falce ſecas.

AVGVSTVS.

Auguſtus pira dat, maturat poma calore,
Ad coitum ceruos ſollicitátq́, vagos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Aeſtiferi Canis ardores hic terminat idem,
Atq; operas finem meſſis habere facit.

Aliter.

Iam matureſcunt Auguſti munere fruges,
Cumq; amplo ſortem fœnore reddit ager.

SEPTEMBER.

Stercore September ſterilem fœcundat agellum,
Proſciſſóq; iacit ſemina lecta ſolo.
Maturas roſeo de palmite colligit vuas,
Noctem æquat luci, dulcia muſta coquit.

Aliter.

Auguſti Ceres eſt, Septembris munus Iacchus,
Vnde homines viuunt, nos duo perficimus.

OCTOBER.

Frigoribus cœlum magis intractabile reddit,
October, ſtabula hinc cogit adire pecus.
Arboribus fructus adimit, ſpoliátq; decore,
Atque etiam cupidè turbida muſta bibit.

Aliter.

October muſtum calcatis exprimit vuis
Et ſerit hoc anno quæ redeunte metat.

NOVEMBER.

Ligna vehit mactátq; boues, & lætus ad ignem
Ebria Martini feſta Nouember agit.
Ad paſtum in ſiluam porcos compellit, & ipſe
Pinguibus interea veſcitur anſeribus.

Aliter.

Autumnus quæcunq; dedit, conſumo Nouember,
Et pinguem hyberna glande trucido ſuem.

DECEMBER.

In niue perſequitur veſtigia preſſa ferarum,
Abluit & calida membra December aqua.
Affert Solſtitium, celebrat cunabula Chriſti,
Et iugulat porcos, tribula dura ferit.

Aliter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Aliter

Haud auis, haud fera venanti deeſt vlla Decembri,
Quamuis ningat atrox & gelet vſque vadum

Verſus continentes diuiſionem anni,
menſium, dierum.

Abſoluit curſum duodenis menſibus annus,
Quattuor hebdomadas menſis complectitur vnus,
Hebdomada eſt ſeptem rurſus diſtincta diebus,
Quæq; dies conſtat viginti quattuor horis.
Attamen integris numeratus partibus annus,
Ter centum cum ſexaginta quinq; diebus
Perficitur: ſi ſex tamen addas inſuper horas,
Integer inde dies quarto fit quolibet anno,
Hinc biſſextilis tum deniq; naſcitur annus

His comprehenduntur qualitates &
proprietates anni. H. R.

Ver præbet flores, calidum Ver feruet & humet:
Aeſtas ſicca calet, formoſa eſt meſſibus æſtas:
Muſta dat & morbos Autumnus, ſiccat & alget.
Friget & humet Hyems glacie & niue flumina ſtringit.

Tetraſticon fertilitates anni
deſignans H. R.

Menſis vbi fuerit Martis ſub nube ſerenus,
Et contra pluuijs fetus Aprilis aquis:
Frigora ſi Maius ſecum trahat, aureus annus
Tunc tibi, & omnigenis fructibus vber erit.

His verſibus comprehenſi ſunt
menſium dies.

Iunius, Aprilis, September, & adde Nouembrem,
Hi denos ter habent, dinumerantq; dies.
Hinc omnes reliquos menſes ex ordine Iani
Vnum & triginta quemq; tenere ferunt.
Sed Februus tantum viginti continet octo,
Ille biſextilis ni tamen annus erit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Hi menſes anni continent & ſigna, in quibus Sol verſatur: deinde Solſtitia & æquinoctia H. R.

Martius atq; Aries producunt tempora Veris,
Aprilis ſecum torui fert cornua Tauri.
Floribus adducit Geminorum ſidera Maius.
Solſtitium æſtiuum Cancri fert Iunius axe.
Quintilem menſem Leo feruidus igne perurit.
Auguſto meſſes tecum trahis aurea Virgo.
Aequat September noctes examine Libræ.
Scorpius Octobrem pugnax iubet ire minacem.
Exerit Arcitenens medio ſua ſigna Nouembri.
Solſtitiúmq; affers hyemis Capricorne Decembri.
In medio Iani madidi ſtat ſidus Aquarij,
Procedunt duplices in Februa tempora Piſces.

AD LECTOREM THEOPHILVS Syluius.

VTcunq; me præſtitiſſe arbitror, candide Lector, ea quæ titulus huius breuis tractatus promittit. Si autem in deſcribendo aut ſingula nomina ſeorſum ſub annis ſuis colligendo errauerim, aut forſitan numeros tranſpoſuerim, id feſtinationi meæ potius, quam negligentiæ aſſcribas velim.

Quod ſi etiam inter hos, qui annis Climactericis perierunt, nõnullos inuenies annotatos aliquo anno mortuos, in quem tamen eorum obitus non præciſè incidit, certò nihilominus deprehendes, illos plerunq; circa illum annum paulò ante, vel ſtatim poſt defunctos eſſe.

Quinetiam interdum diuerſæ ſunt hiſtoriarum ſententiæ, de morte nonnullorum illuſtriorum virorum.

Sed tamen hic nihil huiuſmodi annotatum eſt, quod non ex auctore vel hiſtoriographo aliquo, probari queat.

Hæc breuiter tibi ſignificãda eſſe duxi, vtq; meam operã in deſcribendo ac edendo boni conſulas rogo. Si gratum tibi hunc laborẽ eſſe intellexero, breui alia maiora ex eadem bibliotheca Ranzouiana proferam. Vale.

Encomion Henrici Ranzouij ſcriptum à Magiſtro Rodemanno.

Qualis erat quondam, cum maxima Roma vigebat,
Mæcenas patriæ gloria prima ſuæ:
Talis apud Cimbros, cum res ita publica poſcit,
Ranzoui es patriæ fida columna tuæ.

Aliud ad Henricum Ranzouium.

Sunt tibi cùm regum tum publica commoda curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus & patriæ pariter Muſisq́; placere,
Quod facias, hominum vincit id ingenium.

Aliud.

Fidite Pierides: vobis Ranzouius heros
Inter opes lituos, inter & arma litat.

Aliud de familia Ranzouiana.

Hactenus ambiguo lis hæc ſub iudice pendet,
Artibus aut armis lauſne ferenda prior:
Ranzouia Pallas litem hanc in gente diremit,
Has illis, illa his poſſe carere negat.
At domus eſt Cimbris non vlla vetuſtior oris,
Pluribus & quæ nunc claret imaginibus.

Aliud.

Scipiadas, Brutos, Pompeios atq; Camillos,
Aemilios, Fabios, Roma ſuperba dedit.
Pomponios Gracchos, & cum Cicerone Catones,
Præſtantes ſtudijs Martis & arte togæ.
Aeternæ quorum famæ monumenta dicata,
Poſteritas poſitas ſuſpicit & ſtatuas.
Deſine mirari totidem gens vnica terris,
Protulit Arctois proxima Ranzouios.
Inter quos Schackko, Caius numeratur & Ottho
Breidaq́; cum paulò Mauritioq́; ſimul,
Nicoleos præſtans, & cum Daniele Ioannes,
Qui ducibus Romæ Marte fuere pares.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

Quorum dexteritas nec non Mauortia virtus
Per varios caſus ſæpe probata fuit,
Conſtat enim cunctis magna quod laude vehendi
Præfecti fuerint militiæq́; duces.
Melchior Henricus Dethleuus Balthaſarusq́;
Bartoldusq́; illis annumerandus erit.
Inſigni functa eſt pars munere præſulis horum
AEmula facundi pars Ciceronis erat.
Ac vltra centum Ranzoio ſanguine natis,
Eſt ſoſpes noſtro tempore vita ſimul,
Quorum pars Danici regni ſunt membra ſenatus
Conſilio Holſaticos pars iuuat vſq́; duces.

Nicolaus Renſnerus Henrico Ranzouio.

Sors dat opes & regna bonis, pariterq́; malignis:
Vnde bonus dici nemo vel eſſe poteſt.
At virtus facit vna bonos, pariterq́; beatos:
Quæ potior regnis eſt, opibusq́; ducum.
Sic ſors virtuti, vis cedit inutilis arti:
Ingenio robur, conſilioq́; labor.
At tibi ſors pariter dat opes Henrice: beatum
Et pariter virtus te facit atq́; bonum.
Auget vtrumq́; decus pietas, doctrinaq́; digna:
Et ſplendor generis, nobilitasq́; probi:
Et fauor, & regum magnorum gratia magna
Et qui te paribus paßibus ambit honos.
Sic merito ter eris Henrice quaterq́; beatus:
Quem bona tot, diuum numine tanta beant.

Aliud, eiuſdem Reuſneri D.

Qualis erat quondam cum maxima Roma regebat
Mœcenas patriæ gloria prima ſuæ.
Talis apud Cimbros, cum res ita publica poſcit
Ranzoo & patriæ fida columna tuæ.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]

INSIGNIA NOBILIS ET VETV-ſtæ Ranzouiorum Familiæ.



Ranzouij rubra eſt Clypei pars dextra : ſiniſtra eſt
Candida : ſed caſsis cornua bina gerit.
Cornua ſunt robur, Martis color alter, at alter
Pacis : vtrumq; ſatos nobilitate decet.
Forma quid hæc ſimplex ? ſimplex fuit ipſa vetuſtas
Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 200 [19,-147 4°]